

**De aquae frigidae usu Celsiano : dissertatio philologico-medica, in qua
praecipuos A. Corn. Celsi locos de aqua frigida illustrare / conatur
Eucharius Ferdinandus Christianus Oertelius.**

Contributors

Oertel, Eucharius Ferdinand Christian, 1765-1850.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Monachii : In Bibliopolio Fleischmanniano, 1836.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dkktw5up>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

H. R. 6.
40

10

De

AQUAE FRIGIDAE

usu Celsiano.

Dissertatio philologico - medica,

in qua

praecipuos A. Corn. Celsi locos

DE AQUA FRIGIDA

illustrare conatur

Eucharis Ferdinandus Christianus Oertelius,

Philos. D. et Gymn. Onold. Prof.

Ἀπίστου ἱδρώος.

PINDARUS.

M o n a c h i i,

in Bibliotheca Fleischmanniana

MDCCCXXVI.



DER GEIST GOTTES SCHWEBTE AUF DEM WASSER.

I Mose I. 2.

Lob des göttlichen Wassers.

Rühmt immer, reiche Prasser!

Nur euren Rebensaft:

Wir huldigen dem Wasser

Und segnen seine Kraft.

Ihr schwelgt im Blut der Reben

Euch krank und feuerroth:

Uns gibt das Wasser Leben,

Euch gibt der Wein den Tod.

Ihr sinkt betrunken nieder,

Und Podagra und Gicht

Lähmt zeitig eure Glieder:

Doch Wasser thut es nicht.

Es reinigt alle Säfte,

Verdünnt das dicke Blut,

Schenkt neue Lebenskräfte

Und immer frohen Muth.

Drum soll zu seinem Preise

Dieß Lied gesungen sein!

Das Wasser macht uns weise,

Und närrisch macht der Wein.

Müchlers Gedichte, 2ter Band.



Pars prior.

Mirum sane plerisque videbitur, quid sit, quod ego, Theologus atque Philologus, nunc etiam Hydrologi persona indutus, de Aquae Frigidae usu Celsiano scripserim. Ac fortasse auribus meis obstrepet proverbium illud: Ne sutor ultra crepidam, aut Tetrastichon illud: 1

Fingunt se medicos quivis Idiota, Sacerdos,
Judaeus, Monachus, Histrio, Rasor, Anus,
Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix et Arator,
Lamia, Decoctor, Pharmacopola, Magus.

MENKENII Charlataneria Eruditorum,
Ed. V. Amst. 1747. 8. pag. 193.

Medicorum Silesiacorum Satyrae, c. Figg. Vratisl. et Lips. 1736. sqq 8. Spec. III.
pag. 89.

Variae Medicorum Obs. quibus multa loca N. T. illustrantur. Collegit Goetzius
Fasc. I. Alt. 1748. 8. pag. 106.

Minime gentium! Nolo enim me immiscere Rebus Medicis, quatenus Medicina in Artis, 2
perpetuis praeceptis ordinatae, modum venit. Nolo tractare Medicamenta, nec Simplicia, nec
Composita, quae partim a Pharmacopolis praeparantur, partim a Medicis in usum aegrotantium
ordinantur; quo in genere sunt:

Axungiae αχγγια, Essentiae ουσιαι, Guttae σαγονες, Herbae βοταναι, Mixturae μιξεις,
Naphthae ναφθαι, Pilulae σφαιρια, Tincturae βαφαι — Cereoli κηρινοι, Globuli σφαιριδια, Mer-
curii ερμαι, Morsuli δηγματια, Pastilli τροχισκοι, Strobuli στροβιλοι, Succii οποι, Syrupi συρροποι¹⁾,
Tartari ταρταροι — Aceta οξεα, Acida οξυτητες, Alexipharmaca αλεξιφαρμακα, Anodyna ανοδυνα,
Anthelminthica ανθελμινθικα, Antidota αντιδοτα — Balsama βαλσαμα, Cataplasmata καταπлас-
ματα, Catapotia καταποτια, Cerata κηρωτα, Collyria κολλυρια — Decocta εψηματα, Digestiva
διαφορητικα, Diuretica διουρητικα — Electuaria ελενταρια²⁾, Elixiria ελιξιρια, Emetica εμετικα,
Emollientia μαλακτικα, Emplastra εμπλαστρα, Exsiccantia ξηραντικα, Extracta εκχυλωματα, Folia

1) Vide ad calcem Thesin 19.

2) Vide ad calcem Thesin 19.

Φυλλ.κ, Hidrotica ἰδρωτικά, Hydrargyra ὑδραργυρα, Laxantia χαλαστικά, Malagmata μαλαγμاتا, Narcotica ναρκοτικά, Olea ελαια, Refrigerantia κατάψυκτικά, Resolventia αναλυτικά, Roborantia κρηταιωτικά — Salia ἅλατα, Semina σπέρματα, Stibia σίβια, Suppurantia ἐμπυητικά — Unguenta μύρα, Vesicatoria κυστικά, Vitriola χαλκανθή, Vomitiva ἐμετικά — Aetheres αιθέρες, Cantharides κανθαρίδες, Compositiones συνθέσεις, Cortices φλοιοί, Cremores χυμοί, Flores ανθή, Hirudines βλεφαί, Liquores ὑγροτήτες, Pulveres κόνεις, Radices ῥίζαι, Scarificationes εγχαράξεις, Venaesectiones φλεβοτομιαί — Spiritus πνευματα etc.

Cum Simplicissimis potius mihi res est, quae primum facillima omnium paratu, tum incorruptissima sincerissimaque sunt, quorum denique usus nemini a Natura beneficentissima non conceditur.

Aqua, Aqua, inquam, est, cujus equidem naturam atque vim, multorum annorum usu, satis cognitam perspectamque habere, mihi quidem videor. Minime vero Aqua illa, quae a Pharmacopolis et Aquarum coquis, secundum Artis leges conficitur: Aqua Benedicta, Aqua Destillata, Aqua Coloniensis, Aqua Mannhemiensis, Aqua Fortis, Aqua Regia, Aqua Toffana etc. — sed

Aqua Communis, naturalis, recens, frigida, clara, limpida, imbecillissima eademque valentissima, qualis quotidie apud nos vel e puteis hauritur, vel e tubulis putealibus excipitur.

Hancce ego Aquam libentissime semper bibebam: hancce per quatuor annos, quibus in Universitate Literarum Erlangensi commorabar, fortissime capiti meo affundebam, e tubulo puteali prorumpentem: hacce corpus meum a capite ad calcem in Regneso³⁾ fluvio animosissime per aestatem abluebam.

At postea, quum per aliquod tempus istum Aquae Frigidae usum intermissem, ante hos ferme viginti annos, nescio quo casu, per totam faciem meam Exanthemata efflorescere, quae nullis unguentis guttisque medicis, vel artificiosissime praeparatis, extirpari poterant. Quid multa? facies mea manebat cuprifodiinae simillima! Interjecto tamen quatuor annorum spatio, forte fortuna evenit, ut in SIGISMUNDI HAHNII, Medici Suidaitiensis, libellum, qui inscribitur:

Unterricht von Kraft und Wirkung des frischen Wassers in die Leiber der Menschen etc.

4te Aufl. (mit einem Titelkupfer) Bresl. u. Leipz. 1754-8. (Ein Medicinischer Erzkessel!)

inciderem, eamque curiosius inspectum, et diurna nocturnaue manu versatum, in meum ipsius usum convertere statuerem.

Itaque ab eo inde tempore HAHNIUM ducem secutus, ego Aquae Frigidae naturam atque vim perdiscere coepi, eamque ita adamavi, ita et extrinsecus et intrinsecus usurpavi, ut, quum

3) vel Ragantia, Regniz, non Redneso vel Radantia, Redniz, quod vulgo confundunt.

aliquando caput meum tubulo puteali subjicerem et Aquam prorumpentem capiti circumquaque fortiterque infricarem, amicus quidam praeteriens, qui hujus rei peritus sibi quidem videbatur, mihi acclamaret: "Proh Deum immortalem! Apoplexia percelleris!! —

Sed ecce! commune hoc opinionis Aquariae commentum delevit dies!⁴⁾ Namque tantum abfuit, ut ex violento illo Aquae Frigidae usu Apoplexia aliudve incommodum oriretur, ut contra⁵⁾ et egomet ipse eo corroboratum me sentirem, et multi meorum amicorum, idem imitati, ejusdem remedii simplicissimi vim experirentur quam saluberrimam.

Jam vero primum omnium satis constat, Aquam Communem esse bonum commune, 6 omnibusque hominibus ad sanitatis usum concedi debere. Deinde ad pernoscendam Aquae Communis naturam atque vim, non universam Rem Medicam cognitu opus esse, arbitror. Denique non pudet me, esse in eorum Laicorum, quos vocant, numero, qui jam pridem Aquae Frigidae naturam penitissime cognoverunt, ejusque vim saluberrimam mirabili cum successu adhibuerunt: quales fuere —

HANCOCCIUS⁶⁾, Anglus, Theol. D. Londinensis, qui scripsit: *Febrifugum magnum or Common Water, the best cure for Fevers &c.* Lond. 1722 8.

BERNHARDUS, Pater Capuzinus in insula Melite, qui Aqua glaciale morbos sanavit 1724-25.

Vid. SCHWERTNERI *Medicina vere universalis*, Tom. I. et II. Conf. infra Nr. 11.

HUFELAND *Journal XXXII. oder XXV.* 1811.

Quibus adnumerari meretur Joh. Donat. HOLZMANNUS, Concion. aulicus, in libello: *Der Wasserfreund. Ein Buch für Kranke und Gesunde*, 2te Aufl. Wien 1805. 8.

Vid. HARTENKEIL 1805. 4tes Stück. S. 158 — 60.

Similiter et mihi contigit inter meos amicos notosque, ut Aquae Frigidae usu, vel exter- 7 no, vel interno, mederer:

Haemorrhoidibus τῆς Αἰμορροΐδος,
Phibisi tracheali τῇ τραχειοφθίσει,
Catarrho et Diarrhoeae, τῷ κατάρρῳ καὶ τῇ διάρροια,
Febri neuricae τῷ πυρετῷ νευρικῷ,
Cardialgiae vel Spasmo stomachali, τῇ καρδιαλγίᾳ ἢ τῷ σπασμῷ στομαχικῷ,
Libidini vomendi τῇ εμετορεξίᾳ,

4) Opinionum commenta delet dies, Naturae judicia confirmat. CIC. N. D. II. 2.

5) contra? quidni etiam potius, quod Hirt. B. Alex. 22. habet? Quia ob hoc nuper apud Nostrates lis exorta est inter paucas famosa!!

6) Anglice Hancock.

Anaesthesiae brachiali τη αναισθησια των βραχιονων,

*Arthriticis manuum pedumque doloribus ταις αρθριτικαις των χειρων και των πο-
δων οδυναις,*

Ambustionibus ταις περικαυσεσι,

Contusionibus τοις θλασμασι,

Convulsionibus τοις σπασμασι,

Distorsionibus ταις διαστροφαις,

Tumoribus τοις ογκοις,

Inflammationibus ταις φλογωσεσι,

Ulceribus τοις ελκεσι,

Carbunculis τοις ανθραξι,

Furunculis τοις δοθιησι,

Achoribus τοις αχωρσι,

Ceruiis τοις κηριοις,

Porriginibus ταις πιτυριασεσι,

Vulneribus manuum ac pedum τοις θραυμασι etc.

Panaricio vel Paronychiae τη παρωνυχια,

(Morbo etiam, quem vocant, Canino, τη κυνικη etc.)

- 8 Haec atque similia morborum genera privatus ego inter privatos, audacissimo solius Aquae Frigidae usu, curavi, sanavi, sedavi, expuli, adeo ut materia peccans, quam vocant, e corpore abierit, excesserit, evaserit, eruperit.

Simul etiam reperi, in curatione Aquaria nec hominum aetates, nec annorum tempora, nec morborum stadia, quae vocant, respici necesse esse, nec omnino dies criticos ⁷⁾ expectari, sed qualibet hominis aetate, quolibet anni tempore, quolibet morbi stadio licere Aquam Frigidam adhiberi, nec eam ullo in casu, quicumque evenerit, nocere, sed celeriter, tuto nec injucunde auxiliari.

ASCLEPIADES, officium esse Medici, dicit, ut tuto, ut celeriter, ut jucunde curet.
CELS. III. 4. pag. 117.

- 9 Ne vero mihi soli HAHNIIque solius experimentis confiderem,

primum omnium, quos in lectione Veterum Scriptorum Classicorum, HOMERI, THUCYDIDIS, DIONIS CASSII, PLINII, SUETONII, HORATII etc. locos reperi Aquarios, diligenter mihi adnotavi:

7) quos jam Asclepiades ut vanos repudiavit, CELS. III. 4. Ed. Kraus. pag. 121.

deinde Veterum Medicorum, HIPPOCRATIS, GALENI, CELSI, CAELII AURELIANI etc. scripta, ubicunque de Aqua Frigida memorant, perquisivi:

tum recentiorum quoque ac recentissimorum Medicorum, de Aqua Frigida agentium, scripta, partim ab Amicis⁸⁾ mutuo accepta excerpti, velut RICHTERI *Chirurgische Bibliothek*, HUFELANDII *Journal*, HORNII *Archiv*, HARTENKEILII *Med. Chir. Zeitung*, VOIGTELI *Arzneimittellehre*, Plucqueti⁹⁾ Initia: partim ipse mihi comparavi, quorum in numero praecipue sunt:

- HALLERI *Bibliotheca Medico-practica*, IV Voll. Bas. 1776 — 88. 4 maj. 10
- SPRENGEL *Versuch einer pragmat. Gesch. der Arzneikunde*, V Bände, 1ten und 2ten Bdes. dritte Aufl. Halle 1821. ff. 8. ¹⁰⁾
- van SWIETEN *Commentaria in Boerhaave Aphorismos*, V Voll. Ed. II. Lugd. Bat. 1745. sqq. Recusa Hildburgh. 1754. sqq.
- — *Deutsch übersetzt*, V Bände, Wien 1755 — 75. 4. besonders im dritten Bde.
- FRID. HOFFMANNI *Opuscula Physico-Medica*, II Tomi, Ulmae 1741. 8. Inest Diss. de Aqua, *Medicina universali*.
- — *Medicina Rationalis Systematica*, IV Tomi, Hallae 1729 — 40. 4.
- — *Gründliche Anweisung, wie ein Mensch vor dem frühzeitigen Tod und allerlei Krankheiten sich verwahren könne*, IX Theile, Halle 1715 — 28. 8. Hat sehr viel auf das kalte Wasser gehalten.
- SCHWERTNER *Medicina vere universalis, oder Kraft und Wirkung des schlechten Wassers u. s. w.* VI Bände, Leipz. 1733 (auch 1737) — 1743. 8. Enthält 31 Abhh. vom kalten Wasser, aus fremden Sprachen in die Deutsche übersetzt. Vortrefflich! 11
- FLOYER ψυχρολυσία, oder Versuch zu beweisen, dass kaltes Baden gesund und nützlich sei u. s. w. Aus dem Engl. ¹¹⁾ überf. von Sommer, Bresl. u. Leipz. 1749. 8. Die Uebersetzung kommt mir oft fehlerhaft vor. HALLER. IV. 10—13.

8) qua in re eximiam Duumvirorum Experientissimorum, KRAUSII atque HORLACHERI, Nostratum, erga me benevolentiam non possum non gratus h. l. palam praedicare.

9) Gallice Ploucquet, D. Med. Celeb. Tubing. + 1814.

10) Warum erwähnt denn aber diese Geschichte weder eines Baynard, noch eines Floyer, noch eines Siegm. Hahn, noch eines Bergius, noch eines Dauter &c. in Hinsicht der Wasserkur?

11) Anglice est: *Ancient Psychrolusia revised*, Lond. 1702. 8. etc.

SCHWENKE *das gesunde Landleben, mit Hebenstreits Vorr. Leipz. 1751. 8. Besonders von der Wasserkur S. 181. ff. und von den kalten Bädern S. 203. ff.*

KRÜGER *Diät oder Lebensordnung, 2te Aufl. Halle 1761. 8. besonders S. 225 — 229. und 342 — 44. wo er das kalte Wasser für eine Universalmedizin erklärt.*

BERLINER *Mannigfaltigkeiten 2ter Jahrg. 2tes Vierteljahr 1770. 8. S. 247. ff. empfehlen die gemeinen Bäder.*

- 12 **TISSOT** *Anleitung für das Landvolk &c. von Dr. Hirzel, Zürich 1788. 8. besonders §. 161. 384 — 86. wo er das K. W. in Ohnmacht, Sonnenstich, Raserei und zum täglichen Baden kleiner Kinder empfiehlt.*

UNZER *Medicinisches Handbuch, III Theile, neueste Aufl. Leipz 1794. 8. Empfiehlt sehr viele Wasserkuren, z. B. in Augenentzündung, Beinfrost, Brüchen, Darmgicht, Fallsucht, Faulfieber, Geschwür, Gliederschwamm, Hämorrhoiden, Hundskampf, Hypochondrie, Katarrh, Ohnmacht, Ohrenflüssen, Scheintod, Schnupfen, Verblutung (auch bei Wöchnerinnen) u. s. w.*

- 13 **ZIMMERMANN** *von der Erfahrung in der Arzneikunst, Zürich 1764. 8. besonders Buch IV. S. 626. wo er das kalte Wasser empfiehlt, während er hypochondrisch und brüchig und seine Frau nervenschwach und zümpferlich ist, und so Beide ihr Leben elendiglich hinschleppen (misere vitam trahunt) Hatte denn der wunderliche Leibarzt nichts von der göttlichen Flüssigkeit, welche dem Leibe so heilsam ist, bei Floyer, Hoffmann, Theden gelesen? Ferro nennt ihn gleichwohl unsern Teutschen Celsus: vermuthlich, weil er Friedrich den Großen nicht kuriren konnte!! S. Leben des Ritters von Zimmermann, Hofr. und Leibarztes (?) in Hannover. Von Tissot. Hann. 1797. 8. besonders S. 72. 76. 165. *ἰατρὲ, θεραπεύσας σεαυτὸν!! Luc. IV. 23.**

Mali Medici in alienis morbis profitentur, tenere se Medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt.

CIC. Fam. IV. 5.

DE MONETA *Abh. dafs die Kälte und das kalte Wasser in Catharrkrankheiten (sic!) wahre Heilmittel (sic!) sind, Warschau 1776. 8. Der Titel ist schlecht, aber die Sache ist gut.*

DAUTER *von dem äusserlichen örtlichen Gebrauche des kalten Wassers in versch. Krankhh. Leipz. 1784. 8.*

- LOMBARD** Abhandlung über den Nutzen des Drucks und des kalten Wassers, Leipzig 1737. 8. Empfiehlt das K. W. in Hämorrhoiden, Aftervorfall, Hirnwuth etc.
- FERRO** vom Gebrauche der kalten Bäder, 2te Aufl. (mit 4 Kupf.) Wien 1790. 8. Hat zu- 14
gleich alte und neue Aerzte angeführt.
- BERGIUS** vom Nutzen der kalten Bäder, aus dem Schwedischen übersetzt von Rhades, neue Ausgabe von Baldinger, Marb. 1793. 8. Hat auch zugleich alte und neue Aerzte angeführt.
- MARCARD** über die Natur und den Gebrauch der Bäder, Hannov. 1793. 8. besonders S. 358. ff. Ist nur in manchen Stücken noch zu bedenklich!
- SCHMUCKER** Chirurg. Wahrnehmungen, III Theile, Berlin und Stettin 1774 — 89. 8. 15
Hat, nach 12 methodisch mislungenen Kuren, wie er aufrichtig selbst gesteht, erst das kalte Wasser glücklich angewandt.
- THEDEN** Bemerkungen und Erfahrungen u. s. w. III Theile, 2te Aufl. Berlin u. Leipzig 1795. 8. Hat bei Verwundungen das kalte Wasser glücklich angewandt, und z. B. eines Unterofficiers Fuhs und Schenkel, welche von blutig ausgeschnittenem Hühnerauge dick angeschwollen waren, durch Kaltwasser-Umschläge geheilt, und sich selbst in seinem 40sten Jahr Hypochondrie und Schwindel dadurch vertrieben, dafs er von nun an täglich sechs Mafs kaltes Wasser trank! ¹²⁾ Auch empfiehlt er das kalte Waschen im Rothlaufe! Atqui haec ab HAHNIO didicerat, Ergo πορευου και ποισι ομοιω;! Luc. X. 37.
- CURRIE** Wirkungen des kalten und warmen Wassers, als eines Heilmittels in Fiebern 16
und andern Krankheiten. Aus dem Englischen von Michaelis und Hege-
wisch, II Theile, Leipzig 1801 — 1807. 8. Enthält Wunderkuren mit kaltem Wasser!
- REUSS** Wesen der Exantheme etc. III Theile, und ein Nachtrag, Nürnberg 1814 — 18. 8.
Ungemein freimüthig und erfahrungsreich!
- FROELICH** Abhandlung über die kräftige, sichere und schnelle Wirkung der Uebergiefsungen und Bäder etc. in Faul- Nerven- Gall- und Scharlachfiebern,

¹²⁾ Obiit 1797, anno aetatis 84.

*Masern und einigen andern langwierigen Krankheiten*¹⁵⁾, Wien 1820. 8. Ganz einzig! — Vergl. *Hufeland Journal*, März 1821. S. 156 — 180. *Hall. L. Z. Erg. Bl.* Mai 1823. Nr. 55. durchaus empfohlen!

- 17 **DZONDI** über *Verbrennungen etc. für Aerzte und Nichtärzte*, Halle 1816. 8. 2te Auflage 1825. Empfiehlt hierin das kalte Wasser als einziges Mittel. Ganz einzig in seiner Art!

FLITTNER *Anweisung über den rechten Gebrauch (zum rechten Gebrauche) der kalten und warmen Wasserbäder etc.* Berlin 1822. 8. Ist noch zu bedenklich und umständlich.

HUFELAND *Supplementheft.* Berlin 1823. 8. enthält drei ungemein schätzbare Preisschriften von Frölich, Reufs und Pittschafft: *Von der Anwendung des kalten Wassers in hitzigen Fiebern.* Ein vortreffliches medicinisches Kleeblatt! Nur ist Pittschafft hierin noch nicht so erfahren, wie Frölich und Reufs.

ERHARD über die äußerliche Anwendung des kalten Wassers, als Heilmittels im Scharlachfieber, Nördlingen 1824. 8. Eine gute historische Zusammenstellung! Warum läßt man also noch immer Kinder am Scharlachfieber (und an der Luftröhrenentzündung) STERBEN? Warum setzt man ihnen Blutigel? warum läßt man ihnen zur Ader? warum gebraucht man höchstens das kalte Wasser erst dann, wann ihnen schon der Tod auf der Zunge sitzt?? — Uebrigens sollte eine Inauguraldiss. in Deutscher Sprache nicht geduldet werden!

NEUESTE ENTDECKUNG, wie, neben dem Gebrauch einiger Medikamente (Arzneimittel) und einem angemessenen Verhalten durch das bloße Brunnenwasser (Brunnerwasser) die Folgen der Selbstbefleckung und der weisse Fluß gründlich geheilt werden können, 3te verbesserte Auflage, Heilbr. 1825. 8. Was der Verfasser vom dießfalsigen Gebrauche des Brunnenwassers sagt, ist bis auf einige Sonderbarkeiten, Uebertreibungen und Widersprüche nachahmenswerth. Aber dieses Büchlein, welches schon 1817. herauskam, ist nur sieben Bogen stark und kostet dennoch 2 fl. 15 kr. Es kommt also der Bogen gar auf 19 kr. Auch muß es, wie die Kasse im Sacke, gekauft

15) Nämlich in Manie, Melancholie, Hypochondrie, Wahnsinn, Tobsucht, Pest, Gelbfieber.

werden. Denn es ist versiegelt und hat die Firma: Geöffnete Exemplare werden nicht zurückgenommen. — Ist Das nicht abscheulich??

A l i a s u b s i d i a.

PLINII Historia Naturalis, ed. Harduin. II Tomi, Bas. 1741. Fol. Acerbissimus ubique 18
in Medicos! Vid. HALLER I. 184. sqq. ¹⁴⁾

ZWINGERI (Med. D. Bas.) Theatrum vitae humanae, tertiatione novem Voluminibus locupletatum (i. e. Ed. III. in IV Voll. majoribus vel XXIX. minoribus), Bas. 1586. Fol. Voluminis secundi Liber II. III. IV. pag. 274 — 374. huc faciunt Caeterum HALLER Bibl. Med. II. 134. meminit tantum Ed. I. Bas. 1571. Opus rerum utilium varietate quam maxime commendabile!

CELSI de Medicina Libri VIII. ed. II. Leonard. Targa, c. Not. Varr. et Diss. Bianconi de Celsi aetate (et c. Morgagni Epistolis) et Matthiae Lex. Cels. (cui tamen desunt Nomm. propr.) Lugd. B. 1785. 4. Editio hucusque omnium praestantissima, quam Chulantius V. C. ut rerum utilium, non Lectionum Variantium, copia superet, ipse providerit!

CAELIUS AURELIANUS de Morbis Acutis et Chronicis Libri VIII. ed. II. Amman, Amst. 1722. 4.

HALLER I. 20. sqq.

SPRENGEL II. 54. ff.

14) „Naturae placuerat, esse Remedia parata vulgo, inventu facilia, ac sine impendio, et quibus vivimus. Postea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas invenere istas, in quibus sua cuique homini venalis permittitur vita.“

„Statim Compositiones et Mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in Remedio aestimantur, ulcerique parvo Medicina a Rubro Mari imponitur, quum Remedia vera quotidie pauperrimus quisque coenet. Nam si ex horto petantur, aut herba, aut frutex quaeratur; nulla artium vilior fiat!!“

„Nulla artium inconstantior fuit, et etiamnum saepe mutatur, toties interpolis; palamque est, ut quisque loquendo polleat, imperatorem illico vitae nostrae necisque fieri: quum sit periculum in nullo mendacio majus. Nulla praeterea lex, quae puniat inscitiam, capitale nullum exemplum vindictae. Discunt periculis nostris et experimenta per mortes agunt; Medicoque tantum, hominem occidisse, impunitas summa est.“ PLIN. H. N. XXIV. 1. XXIX. 1. 5. 8.

- 19 CASTELLI Lexicon Medicum Graeco - Latinum, Lips. 1713. 4. et ad verbum ac sine ulla mutatione recusum Genevae 1746 4.

HEBENSTREIT Εξηγησις Ονοματων των περι παθων etc. Ed. II. Leipz. 1760. 4.

STOLLE Anleitung zur Historie der Medicinischen Gelahrheit, Jena 1751. 4.

BEHR zwei Bücher von der Materia Medica etc. Strafsb. 1748. 4. besonders S. 366 — 374.

PHARMACOPOEA (— poeia!) BORUSSICA, Lat. und Deutsch von J u c h, 2te Aufl. Nürnberg. 1808. 4. 3te Aufl. ebend. 1817. 4.

HIPPOCRATIS Aphorismi, Graece et Lat. c. Celsi selectis sententiis, ed. Almeloveen, Amst. 1685. 12.

- 20 — — Graece et Lat. c. Obs. Heurnii, Hagae Com. 1664. 12.

— — übersetzt und erläutert (von J. v. A.) Wien 1791. 8.

— — Opuscula Gr. et Lat. Bas. 1748. 8.

— — Speculum ord. alphabet. Bas. 1747. 8.

COPE Demonstratio Prognosticorum Hippocratis, ed. Baldinger, Jen. 1772. 8. De 42 Febricitantibus 17 duntaxat convalescere, 25 periire, qui omnes Aqua Frigida potuerant servari. Proh opinionis tralatitiae commentum mortiferum!!

HALLER I. 29 sqq.

SPRENGEL I 352. ff.

- 21 CELSI de Medicina Libri VIII. ed. Krause, Lips. 1766. 8. Hanc ego editionem hucusque diurna nocturnaue manu versavi.

— — von der Arzneiwissenschaft in acht Büchern, mit dem Leben des Celsus nach Bianconi. Jena u. Leipz. 1799 gr. 8. Enthält viele gute Sacherklärungen.

HALLER I. 162. sqq.

SPRENGEL II. 36. ff.

GALENI de Alimentorum facultatibus Libri III. Lugd. 1547. 12.

— — de bono et malo Succo Liber, Ibid. 1547. 12.

— — de Sanitate tuenda Libri VI. Ibid. 1548 12.

— — de natural. Facultat. Libr. III. Ibid. 1550. 12.

— — de Ratione curandi Libri II. Ibid. 1551. 12.

HALLER I. 228. sqq.

SPRENGEL II. 132. ff.

PAULI AEGINETAE Opera Lat. ed. Camot. Venet. 1554. 8.

HALLER I. 311. sqq.

SPRENGEL II. 306. ff.

GRUNER *Bibliothek der alten Aerzte in Uebersetzungen und Auszügen, II Bände, Leipzig* 22
1780 — 82. 8.

SCHOLA SALERNITANA, cum Arn. Villanovani Exegesi, ex Rec. Zach. Sylvii etc.
Aug. Vind. 1753. 8.

— — ed. Ackermann, Stendaliae 1790. 8.

SEPTALII Animadvss. et Cautionum Med. Libri IX. Dord. 1650. In primis pag. 65. 72.
146. 214.

MEAD Opera Medica, II Tomi (c. Figg.) Gött. 1748 — 49. 8. 23

— — Medica Sacra etc. Amst. 1749. 8 maj.

— — von den Krankheiten der heil. Schrift (!!), aus dem Latein. Leipz. 1772. 8.

REINHARD *Bibelkrankheiten, III Theile oder 5 Bücher, Frankf. u. Leipz.* 1767 — 68. 8.

MEDIC. hermeneut. *Untersuchung der in der Bibel vorkommenden Krankengeschichten,*
Leipzig 1794. 8.

BOERHAAVE Aphorismi etc. Lips. et Halae (1739.) 8.

— — *Abhandlung von den Augenkrankheiten, aus dem Latein. von Clauder,*
mit Kupfern, 4te Aufl. Nürnberg. 1771. 8.

BLANCARDI Lexicon Medicum ed. Isenflamm, II Tomi, Lips. 1777. 8. 24

— — neubearbeitet (und zwar deutsch von Dr. Kletten), III Bände, Wien
1788. 8. Verdiente noch neuer bearbeitet zu werden!

BRANDEIS *Medicinisches Wörterbuch, 2te Aufl. Tüb.* 1820. 12. Enthält bloß die Griech.
Wörter.

KRAUS *Krit. etymol. Medicin. Lexikon, Götting.* 1821. 8. Sehr gut grammatisch und von
gefalligerem Drucke, als das vorige, aber auch nur die Griech. Wörter!

SCHLOSSER *Lateinisches Lesebuch zum Gebrauche der K. Pepiniere in Berlin, Berl.* 1798. 8. 25
Enthält viele medicinisch-chirurgische Nomenklatur, wie auch Auszüge aus
dem Celsus und aus neuern Aerzten, aber auch viel Unnötiges.

CICERO MEDICUS, i. e. selecti e Cicerone loci, vel omnino Medici, vel ad Res Medi-
cas transferendi, ed. Birkholz, Lips. 1812. 8. Collectio utilissima, cum
Praefatione lectu dignissima.

FRIEDLAENDER de Institutione ad Medicinam Libri duo, Halae 1823. 8. Libellus doctis-
simus utilissimusque.

- 26 **TISSOT** von der Gesundheit der Gelehrten, Leipzig 1768. 8. besonders S. 138. Kaltwasser als Panacee, S. 160. kaltes Kopfwaschen, S. 173. kaltes Baden.
 — — von den Krankheiten vornehmer und reicher Personen, neue Auflage, von Drechsler, Frankf. u. Leipzig 1771. 8. besonders S. 29. 156. 186.
- TRILLER** diätetische Lebensregeln, in seinem 87sten Jahr aufgesetzt ¹⁵⁾, Frankfurt und Leipzig 1783. 8. Lob des Wassers S. 17 und 29.
- LUDWIG CORNARO** erprobte Mittel, gesund und lange zu leben, von Schlüter, Braunschweig 1796. 8. besonders S. 161. ff.
- 27 **HUFELAND** Makrobiotik, oder die Kunst das Leben zu verlängern, 4te Aufl. Berlin 1805. 8. II Theile, besonders II. 204. 272. ff. (5te Aufl. 1824.)
- ZIERMANN** über die verschiedenen Krankheiten Siciliens (in Sic.), Hann. 1819. 8. Empfiehlt fleißig kalte Begießungen im Sommerfieber.
- 28 **RUST** die Aegyptische Augenentzündung unter der Preussischen Besatzung in Mainz, Berlin 1820. 8. besonders S. 211. ff.
- SCHNEIDER** med. prakt. Adversarien, erster Band, Tüb. 1821. 8. Empfiehlt das kalte Wasser mehrmahls.
- MONTEGRE** Hämorrhoiden etc. aus dem Französischen, Leipz. 1821. 8. Empfiehlt nur das kalte frische Wasser dagegen. Jen. L. Z. 1821. Nr. 164.
- FORMEY** vermischte medicinische Schriften, erster Band, Berl. 1821. 8. Empfiehlt kalte Bäder in Hypochondrie und Hysterie.
- VERMISCHTE ABHANDLUNGEN** aus dem Gebiete der Heilkunde, erste Samml. m. 2 Kupfert. Petersb. 1821. 8. Empfehlen im Croup und Scharlachfieber (bei einem Kinde von 18 Monaten), im Wahnsinn, in der Hypochondrie und Melancholie kalte Begießungen mit dem besten Erfolge. Vergl. Hufeland Bibl. 1821. 8tes Stück. S. 114. ff. Jen. L. Z. Erg. Bl. 1823. Nr. 72. durchaus empfohlen!
- 29 **ABERCROMBIE** über die Krankheiten des Darmkanals, von Wolf. Bonn 1822. 8. Das Beste davon ist der Anhang S. 160 — 182. von Smith, welcher (nur etwas verzagt!) kaltes Wasser trinken und auch überschlagen liefs — mit gutem Erfolge. Warum läßt man also noch immer Männer in den be-

15) Obiit 1782, anno aetatis 87.

sten Jahren an der Darm- und Hirnentzündung **STERBEN**? Warum löscht man nicht, wann es brennt? Uebrigens hat Abercrombie 46 Gelieferte und nur 10 Genesene — nach der gewöhnlichen Heilart!!

— über die Krankheiten des Gehirns und des Rückenmarks, von Blois und Nasse. Bonn 1821. 8. ¹⁶⁾ Hier wurde das kalte Wasser leider nur ein paarmal und nicht einzig, sondern nur so nebenbei gebraucht; so dafs also von etwa 118 Kranken 96 starben!! Non minus turpia sunt principi multa supplicia, quam Medico multa funera! SEN. de Clem. I. 24.

LA MÉDECINE SANS MÉDECIN etc. à Paris 1823. 8. L'Auteur (Rouvière) re- 30
commande son Toni purgatif et son Essence éthérée et dit pourtant pag. 376: „L'Eau pure et fraîche humecte, donne du ton à l'estomac et de la à tout l'organisme, elle aide la digestion, dissout les matières excrémentielles. Les buveurs d'Eau mangent beaucoup, digèrent bien, et parviennent à une grande vieillesse. L'Eau convient à tous les âges et à toutes les constitutions“ Et pourtant — il recommande son Arcane! Voilà le Charlatan!! (Auch schon übers. von Dr. Weber, Stuttg. 1825. gr. 8.)

Tali ego Bibliotheca, quam vocare libet, Aquaria (non Aquosa!) instructus,

31

1) cum dudum mihi persuasi, Aquam Frigidam esse Medicinam fere aut potius vere universalem, eamque celerius, tutius, jucundius, vilius ¹⁷⁾, quam ullam aliam Medicinam, plurimis morbis mederi posse:

2) tum in hanc me adduxi consuetudinem et alteram quasi naturam, ut

a) non quavis solum hebdomade semel bisve totum corpus, a capite ad calcem, Aqua Frigida, (nive, quum fieri potest, admixta), mihi abluam et magna spongia perfricem:

b) sed quovis etiam die tres Aquae Frigidae cantharos (Kannen, Mafs, Quart) bibam, sextarium paulo ante jentaculum, sextarium paulo ante, quam ad dormiendum proficiscar, reliquos per reliquum diei tempus, et aliquoties faciem mihi refrigerem, atque oculos et nares et os et dentes eluam, fortiterque gargarizem ex Aqua Frigida:

16) Nasse, dachte ich, nomen et omen habet. Denn er hat doch schon einmal z. B. im Scharlach (Hufeland Journal XXXIII. oder XXVI.) das kalte Wasser zum Waschen empfohlen. Warum sagt er aber hier kein Wort zur Empfehlung?!

17) Ergo Aqua Frigida vere Medicina et Pharmacopoeia saltem Pauperum appellari meretur.

c) quavis denique nocte totum caput una cum capillis (ὡς δια πυρός σωθῆσι, I. Cor. III. 15.) Aqua Frigida bene perfricem.

- 32 Ex quo haec singulis diebus ac noctibus facio, nec Exanthemata amplius nanciscor, nec Cephalalgiam, nec Odontalgiam, nec ullam aliam corporis molestiam perpetior, sed plane me recreatum et renatum quasi sentio.

Nam bellissime me habeo, placidissime dormio ^{17 b)}, hilarissime evigilo, et a capite ad calcem adeo bene valeo ^{18 a)}, ut mihi prope sexagenario, qui omnia fere stans pro pluteo mediator et scribo, et ad mediam usque noctem lucubrare soleo, ne venula quidem doleat. Simulque post unum cantharum cerevisiae fuscae eumque vesperi sumtum, neque foetido Capnotabaco, neque sordido Ptarmotabaco ^{18 b)} utor, sed unice et eximie delector recenti Hydrotabaco, et inodoro et insipido! Huc accedit, quod eandem ob causam capilli nec mihi defluunt, neque canescunt: unde non spero, fore, ut unquam mihi Mons Calvus ¹⁹⁾ sit adscendendus, aut Praefectura Castelli Glaciensis obtingat, aut

— — capitis reverentia cani!! ²⁰⁾

OVID. Fast. V. 57.

- 33 Denique multorum, quae, Horatio iudice (A. P. 169), senem circumveniunt, incommodorum expertem me fore, confido, quorum in numero sunt:

a) secundum Hippocratem (Aphor. III. 31.): δυσπνοιαι, καταρροὶ βηχῶδες, τραγγαριαί, δυσεριαί, αρθρων πονοί, νεφριτιδες, ιλιγγοί, αποπληξιαί, καχεξιαί ξυσμοί τε σωματος ὅλα, αγρυπνιαί, κοιλιῆς καὶ οφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγροτήτες, αμβλυωπιαί, γλαυκώσις, βαρυηκοΐαι: vel, quod fere idem est,

17 b) Sine mitra nocturna et cum solo indusio.

18 a) Praeter faucium asperitates, aliquoties subita aëris vicissitudine effectas: quas equidem, quia anodynae vel indoloriae sunt, parvi facere soleo. Uxor etiam et liberi mei, crebro Aqua Frigida utentes, optime valent, hique parum aut nihil morbis infantilibus ac puerilibus hucusque tentati sunt.

18 b) Quod utrumque damnat—Cl. HUFELAND *Makrob.* II. 208. sq.

19) Unde OVID. A. A. III. 249.

Turpe pecus mutilum, turpe est sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, et sine crine caput.

20) Quod a discipulo quodam Germanice versum est: Hundskopf!! Ceterum multos mediae adhuc aetatis viros jam Canios, Calvos, Glabrones fieri videmus: cur? Quia isti ne guttulam quidem Aquae Frigidae unquam capiti suo affuderunt, Apoplexiam scilicet veriti!!

b) secundum Celsum (II. 2. pag. 47. ed. Kr.): Spiritus et urinae difficultas, gravedo articularum et renum dolores, nervorum resolutiones, malus corporis habitus, nocturnae vigiliae, vitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, praecipueque soluta alvus, et, quae sequuntur hanc, tormina, vel laevis intestinum, caeteraque fusi ventris mala etc.

FRANK de FRANKENAU Satyrae Medicae XX.

Lips. 1722. 8. Quibus adjuncta est Oratio de Studiorum noxa pag. 549. sqq.

Quod ORIBASIIUS postea (Imperatoris Juliani Medicus saec. IV.) in Collect. Med. X. 7. 34 pag. 459. (ex interpr. Rasarii, Paris. 1555. 8.) confirmat his verbis: Qui hunc brevem vitae cursum sani cupiunt transigere, Frigida lavari saepe debent. Vix enim verbis exprimere possumus, quantum ex Frigida lavatione utilitatis percipiatur: quod in causa est, ut, qui Frigida lavantur, etiamsi senio propemodum confecti sint, corpore tamen constanti et compacto, et colore florido comperias, et omnino qui multum virilitatis et tenoris prae se ferant.²¹⁾

Resistendum itaque senectuti est, ejusque vitia Aquae Frigidae usu compensanda sunt: pugnandum, tanquam contra morbum, sic contra senectutem: habenda ratio valetudinis, ac tantum potionis Aquae Frigidae adhibendum, ut vires nullo morbo opprimantur.

Conf. CIC. de Sen. 11.

Atque haec ipsa, quae ego dictitare et facitare soleo, successu temporis peculiari libello, 35 qui — *WASSERDOCTOR, oder ausführlicher Beweis, daß das kalte und frische Wasser ein allgemeines Heil- und Gesundheitsmittel für Menschen und Vieh ist.* — inscribetur, publici juris facere in animo habeo.

Quod ut in praesentia Reipublicae Medicae quodammodo testatum facerem, in hac Dissertatione philologico-medica, potiora A. CORN. CELSI capita, quae de Aqua Frigida sunt, selegi; eaque non Critices verbalis face — cujus jam multi quidem peritissimi, Aquae Frigidae imperitissimi viri Frigidae Morti occubuerunt! — sed Naturae, Rationis et Experientiae²¹⁾ Commentariis illustrare, ut Hydriatrum vel Hydriatrices, si Diis placet, Doctorem decet, conatus sum.

21) Prisca enim gens mortalium ab Experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxit; verumque est, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam Experientiam. Conf. quae de Ratione et Experientia in Rebus Medicis CELSUS Praef. I. pag. 9. sqq. observat.

Ἡ Πείρα μόνη κριτηρίων ἀπάντων ἐστὶ βεβαιότατον, ὥς, οἱ ταύτην καταλιπόντες ἑτέρωθεν ἐπιχειροῦσιν, οὐ ψεύδονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χρησιμὸν ἀνατρέψαι τῆς πράγματι.

GALEN. de simpl. Medic. cap. ult.

Conf. infr. Nr. 109.

- 36 Qua in re praemonendum existimo, cum Veteres Medicos, in his maxime HIPPOCRATEM ipsum, minus CELSUM, aliosque, timidius, quam audacius, Aquam Frigidam adhibuisse, eamque modo probasse, modo improbasse; tum recentissimos Medicos ut plurimum adhuc dubios ancipitesque haerere, istone heroico, quod vocant, remedio utantur? necne? Intelligunt enim, plerosque hominum abhorreere ab Aqua Frigida et educatos esse quasi HYDROPHOBOS, quum Aqua haec totam hominis, utique aegri, naturam violentius solito afficiat et horrore perfundat: qua adhibita plerique etiam Medicorum suae, quam vocant, Praxi obfuturos esse, arbitrantur.

- 37 Δαρδανεις, τες απο της Ιλλυριδος, ανεω, τρις λεσθαι μονον παρη παντα τον εαυτων βιον: εξ ωδινων (i. e. τεχθεντας), και γαμεντας, και αποθανοντας!!

AELIAN. V. H. IV. 1.

Bei Weitem die mehresten Menschen empfangen, ausser dem Bade der heil. Taufe, in ihrem ganzen Leben die Wohlthat des Badens nicht wieder!!

HUFELAND Makrob. II. 185.

Medicis suorum (sua) ipsorum causa, permittere potius, quam imperare haec experimenta, consultum forte (fortasse) est: etsi quotidianae sint (sunt) curationes multo, quam haec (immersio in Aquam) est, periculosiores.

MEAD. Opusc. Med. II. 131.

- 38 Ad heroicum illud remedium quod attinet (curationem quoque equariam, *Pferdkur*, appellant), bene tenendum illud Hippocratis: Ες τα εσχατα νοσηματα αι εσχαται θεραπειαι ες ακριβειην πραττειται.

HIPPOCR. Aph. I. 6.

Qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis saepe restituitur.

CELS. Praef. I. pag. 19.

Satius est, anceps experiri auxilium, quam nullum.

CELS. II. 10. pag. 79.

Non potest vehementi malo, nisi aequae vehemens auxilium succurrere.

CELS. II. 11. pag. 84.

Quidam interdum contrariis remediis sanant.

CELS. II. 9. pag. 137.

Fere, quos ratio non restituit, temeritas adjuvat.

CELS. III. 9. pag. 138.

Ex contrariis ad contraria transeundum est.

CAEL. AUREL. Chron. I. 1. pag. 287.

Medici leviter aegrotantes leniter curant: gravioribus autem morbis periculosas curationes 59
et ancipites adhibere coguntur.

CIC. de Off. I. 24.

Medici, ubi usitata remedia non procedunt, tentant contraria.

SEN. de Clem. I. 9.

HOFFMEYER de curatione per contra-
ria, Hal. 1732. 4.

*Man muß sich wundern, noch Leute genug zu finden, welche, ob sie schon sonst den
Schlendrian wohl inne haben, doch die uralte bekannte therapeutische Regel: Contraria contrariis
curantur, leichtsinnig aus den Augen setzen und mit Händen und Füßen sich dem frischen
Wasser widersetzen.*

HAHN S. 42.

Aqua ab una quidem parte omnium rerum imbecillissima appellatur,

40

CELS. II. 18. pag. 99.

atque adeo, scilicet quoniam quotidiana vilescunt, existimatur

— — — vilissima rerum.

HOR. Sat. I. 5. 88.

Ab altera vero parte est quodammodo omnium rerum validissima, quatenus v. c. Hy-
drophobiae, Rabiei Caninae, Lethargiae, quibus omnibus vel efficacissima medicamenta (inter
quae Spiritus Salis Ammoniaci acerrimus est) non medentur, sola Aqua Frigida medetur.

SWIETEN III. §. 1049. Egregius - exci-
piatur. Vide infra Nr. 94. sqq.

In hoc ipso enim sita est Aquae Frigidae vis divinitus data, ut

41

e x t r i n s e c u s

cutem a sudore et squalore repurget, ac poros ejus obstructos aperiat,
cutem quidem, quam vocant, anserinam efficiat, mox vero reficiat humanam,
cutemque ipsam reddat carnosam, densam, frigoris patientem,
rugam adeo remoretur senilem, speciemque externam efficiat vividissimam:

i n t r i n s e c u s

omnes corporis canales et cloacas eluat,
 quod inutile est, per Cloacam Maximam egerat,
 sanguinem et humores corporis purificet,
 refrigeret simul et vicissim calefaciat,
 liberiolem sanguinis circuitum efficiat, humoresque conservet fluidos,
 turbatum sanguinis humorumque temperamentum aequabiliter restituat,
 vomendi libidinem exstinguat,
 stomachi fastidium auferat,
 cibi appetentiam amissam revocet,
 famem vehementissimam bene leniat,
 concoctionem ciborum adjuvet,
 totum corpus recreet corroboretque,
 totum denique animum alacrem ac strenuum conservet.

NEUMANN de Balneis frigidis, Wittenb. 1795 4. „Das kalte Wasser zieht die Theile zusammen, verhindert die Gährung, leitet die elektrische Materie, versetzt den Körper in gleiche Temperatur mit sich, reizt die Nerven u. s. w.

42 Ψυχρὴ πολλὰ καταχύσις επανανλήσιν θερμῆς ποιεῖται.

HIPPOCR. Aphor. V. 21.

Saepe ex Aqua Frigida corpus aegri pertractandum est, quoniam interdum sic evenit, ut horror oriatur et fiat initium quoddam novi motus, exque eo, quum magis corpus incaluit, sequatur etiam remissio.

CELS, III. 9. pag. 136.

„Sequitur horror et concussus totius corporis a Frigidissima Aqua applicata: postea oritur calor, rubor, pulsus fortior et celerior: sique lectum petat homo, post immersionem in Aquam Frigidam, solet plerumque sequi magnus sudor.“ Haec de Paralysi —

SWIETEN. III. §. 1069.

43 „Inter simplicissima, quae morbis incredibilem ferre solent opem, remedia praestantissimum est Aqua simplex, naturali frigiditate largius hausta: qua sola atrocissimas convulsiones profligatas vidi. Ea namque levitate ac fluiditate sua minima corporis nostri vascula pene-

trat, cruorem sanguinem magis fluxilem reddit, partes roborat, humores atque vapores acres involvit, ac, leniorem excitando sudorem, secum e corpore ducit.“

HOFFMANN Med. Rat. Syst. Tom. IV.
Pars III. p. 69. Conf. Tom. IV. Pars II.
p. 350. Aquae Frigidae — prae-
bet. ²²⁾

„Nur frisch drauf gewaschen, und der verwöhnten Haut nicht geschont! ²³⁾ Der Schauer wird ihr bald vergehen, und sich eine angenehme Wärme darauf durch den ganzen Leib ausbreiten.“

HAHN S. 81.

Inde consequens est, ut Aqua Frigida paene omnibus corporis morbis, et externis et internis, et acutis et chronicis, (Nr. 91.), cujuscunque sunt originis nominis-
que, a capite ad calcem mederi possit: vel lotione, vel lavatione, vel perfusione, vel immersio- 44
ne ac simul potione repetita: quamquam nec ἐμβροχης vel stillicidii, nec κατακλύσμε vel aquarum
ruinae, nec βαπτισμε vel immersionis violentia, sed sola lotio ac potio plerumque ad hanc
rem necessaria esse, mihi quidem videtur. Sic enim Aqua lenius ²³⁾ applicata tutius at-
que jucundius medebitur.

Conf. CELS. III. 4. p. 117. et CAEL. AUREL.
Chron. I. 4. p. 307. 361. 370.

Ante omnia vero si quis Aquam Frigidam adhibere volet, ei, praeter opinionis praejudi-
catae contemptum, animi fortitudine ac perseverantia quam maxime opus est.

Saepe enim fieri solet, ut homines aegri, quum aestu febrique jactantur, si Aquam Fri- 45
gidam biberint, primo relevari videantur, deinde multo gravius vehementiusque jactentur. At
hi ne diffidant ideo saluberrimis Aquae Frigidae viribus: repetant potius Aquae Frigidae usum
fortiter et continent perseveranter: animo sint magno et spem habeant recuperandae
salutis, minime frustraturam. Nunquam igitur satis laudari digne poterit Aqua Frigida:
qua qui fortiter ac perseveranter utatur, omne tempus aetatis sine corporis molestia
possit degere, nec unquam aegrescat!

SCHWERTNER II. 73. Conf. infra
Nr. 91 — 92.

22) Vide Indicem Tomi IV. Part. V. ubi „Aqua Frigida usum praestat in ardente febrī, in car-
dialgia, in catarrho, in cholera, in colica, in convulsionibus, in epilepsia, in haemop-
tysi, in haemorrhagia, in lipothymia, in lippitudine oculorum, in palpitatione cordis,
in ulceribus.“

23) i. e. fortiter ac perseveranter, ut infra Nr. 45.

23 b) Aut, si mavis, primum egelida, dein gelida Aqua: nec quidquam opus est, praeter spon-
giam aquatam manumque lenem.

Pars posterior.

- 46 Sed quid plura? Jam enim ipsius CELSI²⁴⁾ sententiam de Aqua Frigida brevibus Commentariis illustrabo: praemissis locis, in quibus ille Aquam Frigidam diserte commendat.
- a) I. 1. pag. 20. Quemadmodum sanos agere conveniat? Prodest interdum balneo (calido), interdum Aquis Frigidis uti.
- b) I. 2. pag. 21 — 24. Quae Imbecillis servanda sint? Qui crudum ructat, is Aquam Frigidam bibere debet. — Ubi expectatus est, fovere os multa Aqua Frigida debet. — Ubi expletus est, facilius concoquit, si, quidquid assumsit, potione Aquae Frigidae includit.
- c) I. 3. pag. 24 — 31. Observationes quaedam. Naturale est, potione aestuantem stomachum refrigerari, frigentem caleferi. — Post balneum bene calidum multa Aqua infundenda, prius calida, deinde Frigida. — Si quis in balneo aestuat, reficit hunc Frigida Aqua ore assumpta. — Post vomitum Aquae Frigidae cyathi tres bibendi sunt. — Refrigerat in junio Aqua quam Frigidissima.
- 47 d) I. 4. pag. 34 — 35. De his, quibus Caput infirmum est. Caput Aqua Frigida perfundendum.
- 48 e) I. 5. pag. 36. De his, qui Lippitudine, Gravedine, Destillatione, Tonsillisque laborant. Non caput tantum Aqua Frigida quotidie perfundendum, sed os quoque multa Aqua Frigida fovendum.
- f) I. 8. pag. 38 — 39. Quae agenda sint Stomacho laborantibus? Qui tarde concoquunt, duos tresve cyathos Aquae Frigidae bibant. — Omnes potiones Aqua Frigida includant. — Cui alvus constiterit, Frigida potione potissimum utatur. —
- g) I. 9. pag. 39. Quid observandum sit dolore Nervorum laborantibus? Aqua Frigida, praeterquam Capiti, etiam Stomacho prodest, item Articulis.
- 94 h) III. 7. pag. 134 — 135. Curatio Ardentis Febris. Aeger Aqua refrigerandus est. — Frigida Aqua copiose praestanda est.

24) Quem ex Edit. Krauf. citabo.

i) III. 9. pag. 136—38. *Curatio Lentarum Februm.* Saepe ex Aqua Frigida corpus pertractandum est. — Aqua Frigida potui danda et ingerenda.

k) III. 18. pag. 155. *De Insanici curatione.* Prodest Aqua Frigida super caput infusa, demissumque corpus in Aquam.

l) III. 20. pag. 153—159. *De Lethargicis.* Excitat validissime Aqua Frigida repente superinfusa. — Tribus aut quatuor amphoris per totum caput perfundendum est.

m. III. 23. pag. 172—74. *De Comitialis Morbi curationibus.* Per caput multa Aqua Frigida perfundatur.

n) III. 24. pag. 175—76. *De Regii Morbi curatione.* Utendum est per aestatem Frigidis natationibus.

o) IV. 2. pag. 186—89. *De Capitis dolore.* Aqua Frigida multa perfundere Caput expedit, spongiam concavam imponere, subinde ex Aqua Frigida expressam.

p) IV. 4. pag. 199. *De resolutione Linguae.* Caput saepe Aqua Frigida perfundendum.

q) IV. 4. pag. 202—205. *De Sanguinis sputo.* Facies saepe Aqua Frigida fovenda est.

r) IV. 4. pag. 205—209. *De Stomachi morbis.* Potui Gelida Aqua praestanda. — Prodest perfundi Frigida atque in eadem natare, canalibus ejusdem subjicere Stomachum, consistere in Frigidis fontibus.

s) IV. 7. pag. 211—13. *De Pulmone.* Potui danda pura et Frigida Aqua.

t) IV. 15. pag. 224—25. *De Torminibus.* Aquae bene Frigidae potio ulcera adstringit, et initium secundae valetudinis facit.

u) IV. 16. pag. 226. *De Laevitate Intestinorum.* Prosunt Frigidae alvi perfusiones.

x) IV. 18. pag. 228. *De Tenesmo, Intestinorum morbo.* Alternis diebus Aqua, alternis vinum bibendum. — Potio esse debet gelida et Frigidae propior.

y) IV. 19. pag. 229—30. *De Ventris fluxu.* Frigida assidue potio esse debet, et quidem quam Frigidissima.

z) IV. 21. pag. 235. *De Seminis nimia profusione.* Perfusiones natationesque quam Frigidissimae, neque cibi, nec potio, nisi Frigida, assumta.

aa) IV. 24. pag. 237 — 40. De Manuum, Pedum Articulorumque vitiis. In Aqua quam Frigidissima Articuli continendi.

bb) V. I. pag. 242. De his, quae Sanguinem supprimunt, Sanguinem supprimit Frigida Aquae.

cc) V. 2. pag. 242 — 43. Quae Vulnus conglutinent? Spongia ex Aqua Frigida expressa.

dd) V. 26. pag. 290. Curatio adversus profusionem Sanguinis in Vulneribus. Superimponenda spongia, ex Aqua Frigida expressa.

ee) — pag. 291 — 93. De glutinatione Vulnerum. Levis plaga juvatur, si ex Aqua Frigida expressa spongia imponitur.

ff) — pag. 302. Curatio Erysipelatum. Linteolum Frigida Aqua madens superimponendum.

50 gg) V. 27. pag. 307 — 308. Curatio adversus Rabiosi Canis morsum. Unicum remedium est, necopinantem in piscinam projicere, ut invitus Aqua satietur. Sic sitis et Aquae metus tollitur.

hh) VI. 18. pag. 396 — 97. De Cancro, qui in Cole nascitur. Frigida Aqua adhibenda.

ii) — pag. 403. De Fungo Ani aut Vulvae. Id ulcus, si hiems est, egelida, si aliud tempus, Frigida Aqua fovendum.

51 Hem mirum quantum in CELSO nostro est locorum Aquariorum! Atque super his omnibus equidem permulta legi, collegi, conscripsi; simul etiam Aquae Frigidae usum medicum per omnes omnium saeculorum decursus, inde a Mose et Homero ad nostra usque tempora, historice delineavi: quae omnia in aliud tempus reservo, cum peritis harum rerum arbitris communicaturus. In praesentia vero Numeros tantum d) e) h) gg) e CELSO excerptos illustrabo.

52 d) I. Capitis infirmitas, *Kopfschwäche*,
CELS. I. 4. pag. 34 — 35.

„Capiti nihil aequae prodest, atque Aqua Frigida. Itaque is, cui hoc infirmum est, per aestatem id bene largo canali quotidie debet aliquamdiu subicere; sed quum (si) caeteras partes attingi nolit, demittere id, ne ad cervices Aqua descendat, eamque, ne quid oculis aliisve partibus noceat, defluentem subinde manibus ad hoc regerere.“

COMMENTARIUS.

Jam primum omnium satis constat, distinguendum esse caput infirmum, *schwacher Kopf*, ab ingenio imbecillo, *Schwachkopf* (veluti est magna mater, *grofse Mutter*, et avia, *Grofmutter*!) Caeterum quum hoc Veteres helleboro sanare studuerint, et quemvis hominem stupidum Linnaei jocose tribus Anticyris caput insanabile ²⁵) appellaverint; equidem illud non magis, quam hoc, Aqua Frigida sanari posse confido.

Immo quum, ut inferius. (Nr. 94. sqq.) videbimus, Melancholia, Mania, Rabies Canina, Lethargia solo Aquae Frigidae usu omnium optime sanari possit, ejusdem usu omnes, quotquot in Morotropheis mōrantur aut potius mōrantur — nam

Morio mōratur, quocunque sub axe mōratur —

brevi tempore et facili negotio, dummodo serio res ac perseveranter agatur, ad sanam mentem reduci posse, persuasissimum habeo.

FROELICH Abhandl. von Uebergiefsungen
S. 208. ff.

HUFELAND: *Das Element des Wassers, als Heilmittel im Wahnsinne. Journ. Jan. 1814.*
„Das kalte Wasser empfahlen schon die alten Aerzte gegen Melancholie und Manie. Denn im Wasser liegt unstreitig eine ungleich höhere Kraft, als wir bisher geahndet haben — eine wunderbar belebende Kraft.“ Dabei führt H. Thedens Beispiel (Nr. 15.) und zwei melancholische Frauenzimmer an, die sehr viel Wasser tranken und dadurch genesen.

Per aestatem vero fieri oportere, ut Caput infirmum largo Aquae Frigidae canali subijciatur, equidem meo ipsius meorumque liberorum exemplo refutare possum. Nullo enim temporis annalis discrimine facto, et ego et mei liberi capita nostra Aquae Frigidae canali subijcere solemus, nihil inde sentientes incommodi.

Et quomodo oculis Aqua defluens nocere potest, quum caput ipsum, in quo oculi insunt, e CELSI praescripto Aqua Frigida perfundi debeat?

Sequitur inde quidem horror et concussus, mox vero calor beneficentissimus, et vapor quasi calidissimus, e capite sursum adscendens.

SWIETEN III §. 1069.

HUTH Quaestio Med. utrum capiti frigus magis, an calor, conducat?
Norimb. 1728. 4.

25) HOR. A. P. 300. Conf. Ep. I. 16. 14.

RICHTER Progr. in quo frigus capiti,
calorem pedibus magis convenire,
ostenditur. Gött. 1756. 4. Conf.
Chir. Bibl. II. c. 112.

DAUTER 14. ff. 58. ff.

PLOUCQUET Initia Tom. I. sub v. Ca-
pitis imbecillitas.

55 Huc pertinet etiam non solum Cephalalgia, sed et Cephalaea, de qua THEMISON:

„Si dolores, inquit, mitigati non fuerint ex calidis rebus; Frigidae (i. e. Aqua Frigida imbutae) spongiae apponendae sunt: — ad Empiricorum consilia devolutus, qui ex contrariis ad contraria transeundum, causis resistantibus, probaverunt.

CAEL. AUREL. Chron. I. 1. pag. 287.

MARCARD. pag. 396 — 98. (gegen den
Andrang des Blutes zum Kopfe)

56 e) II. Lippitudo, Gravedo, Destillatio Tonsillaeque.

CELS. I. 5. pag. 36.

„Neque vero his solis, quos Capitis imbecillitas torquet, usus Aquae Frigidae prodest, sed iis etiam, quos assiduae Lippitudo, Gravedines, Destillationes Tonsillaeque male habent. His autem non Caput tantum quotidie perfundendum, sed os quoque multa Frigida Aqua fovendum est.“

COMMENTARIUS.

57 Lippitudo proprie non est *Triefäugigkeit*, quae a CELSO VII. 7. 15. pag. 735. oculorum pituita et ab aliis gramia, lemositas, Gr. *λημη*, Germ. *Augenbutter*, vocatur; sed tantummodo *Rothäugigkeit*, *Augenentzündung*, oculorum inflammatio. Namque Lippitudo etiam est arida vel sicca, Graece *Ξηροφθαλμία*, in qua neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, et cum dolore quodam gravescunt et palpebrae noctu prae gravi pituita inhaerescunt, CELS. VI. 6. pag. 364. et PLIN. H. N. XXVIII. 47.

Conf. HEBENSTREIT pag. 347.

58 Lippitudine laborabat HORATIUS, Poëta Venusinus, ut ipse testatur Sat. I. 5. 30 etc. Cui, quum diu frustra Thermae Bajanas adhibuisset, ANTONIUS MUSA, Imperatoris Augusti Medicus, de quo inferius (Nr. 77. sqq.) plura dicentur, Balneas Clusii Gabiorumque Frigidas media hieme adhibendas commendavit, quod Poëta ipse his verbis narrat:

— — — Nam mihi Bajas
 Musa super vacuas Antonius et tamen illis
 Me facit invisum, gelida quum perluor unda
 Permedium frigus. Sane myrteta relinqui
 Dictaque cessantem nervis elidere morbum
 Sulphura contemni, vicus gemit, invidus aegris,
 Qui Caput et Stomachum supponere fontibus audent
 Clusinis, Gabiosque petunt et Frigida rura.

HOR. Ep. I. 15. 2—9. Conf. 11—14.

Musa HORATIO jusserrat (praeceperat), ut lavacro Frigido uteretur, propter oculorum dolorem.

VET. SCHOL. ad h. l.

Clusinae et Gabinae Aquae Frigidae sunt: Clusinae in Hetruria, Gabinae in Sabinis.

VET. SCHOL. ad h. l.

Aqua Frigida oculorum inflammationes ali augerique, falso sibi persuasit —

SOEMMERRING in libello:

Pflichten gegen die Augen,
Frankf. 1797. 8. pag. 38. (Neue
Ausg. Ebend. 1819. 8.) Vide infra
Nr. 63 — 72.

Gravedo est gravitas, pigritia et somnolentia, qua caput et caetera membra afficiuntur, 59
 ob stagnantes in minimis ejus vasculis humores, Germ. *Stockschnupfen*, *stockender Schnupfen*, *versteckter Katarrh*, et Graecis dicitur *Κορυζα*, cujus habet HIPPOCR. Aph. III. 20. Pluralem *κορυζαί*, ut CELS. I. 2. Gravedines, Germ. *Kopfbeschwerden*, *Eingenommenheiten des Kopfes*.

Gravedinem egomet ipse aliquoties quum gravitatem quandam membrorum senti-
 rem et abditum, quem vocant, Catarrhum ominarer, eo expuli, quod Aquam Frigidam et
 capiti meo infricabam, et naribus saepe tractam rursus emungebam: quo facto omnis Gravedo
 discussa atque totum caput sine ulteriore malo exhilaratum est.

Conf. HEBENSTREIT pag. 271 — 73.
 ex Hipp. Gal. et P. Aegineta.

Destillatio Latinis idem est, quod Graecis *Καταρροε* vel *Καταρρε*, Germ. *Flieſs-* 60
schnupfen, *flieſsender Schnupfen* defluxio humorum ex capite in nares, fauces, pulmo-

nes, ut Veteres id fieri sibi animo finxere. Credebant enim, Catarrhum consistere in defluxione humorum ex capite et ipso cerebro, ad partes subjectas, nares, fauces, pulmones etc.

Verius ille consistit in praeternaturali, ut vocant, membranae pituitariae irritatione, qua morbifera secretio pituitae acris efficitur.

- 61 Ex cerebro enim ipso nulla patet via ad nares, sed ex membrana SCHNEIDERI (Med. Viteb. † 1680.) mucosa vel pituitaria, *Schleimhaut, Nasenfell*, quae est odoratus et discernendi muci-instrumentum, plus minusve acris pituitae secernitur, atque instar Rheumatis in nares, fauces, oesophagum, arteriam asperam, pulmones etc. descendit, et pro diversitate loci variis nominibus distinguitur. Inde vetus est versiculus Scholae Salernitanae:

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus,
Ad fauces Branchus, ad nares esto Coryza.

SCHOLA SAL. ed. Ackerm. pag. 171.

CONR. VICT. SCHNEIDER de Catarrhis, Viteb. 1660. 4.

HALLER II. 669.

BLANCARD ed. Isenfl. I. 251.

HEBENSTREIT pag. 252 — 53. ex Gal. et P. Aegineta.

- 62 Tonsillae, *Avriades, Halsmandeln* sunt glandulae duae utrimque in ore ad faucium initium sitae, et materiam quandam pituitosam in fauces et os effundunt eoque deglutationem adjuvant.

Quae si intumescunt aut inflammantur, aequae ac Lippitudines, Gravedines et Catarrhi, Aqua Frigida corrigi possunt.

Hoc vult CELSUS, hoc desiderat Natura, hoc jubet Ratio, hoc suadet Experientia: dis-suadet Ars!

Conf. HEBENSTREIT pag. 51 — 52. ex Gal. et P. Aegineta.

- 63 Aqua, Aqua, inquam, Frigida prodest oculis, naribus, auribus, fortiter atque perseveranter adhibita!

„Besonders muss man die Kraft des kalten Badens in flüssigen Zufällen des Hauptes rühmen.“

„Ein Engländer, Matthews genannt, ein Mann von 60 Jahren, hatte seit 20 Jahren so heftigen Kopfschmerzen und so starken Schnupfen, daß ihm Nase und Gaumen beständig troffen und er immer alle Schnupftücher damit vollmachte. Er tauchte nun den Kopf in kaltes Wasser und wurde gesund, fuhr nachmals damit auch im Winter fort, kriegte kein Recidiv, lebte über 70 Jahre und half damit noch vielen Andern.“

FLOYER pag. 210.

HAHN pag. 111.

„Ein anderer Engländer hatte von einer Reise nach Italien durch unmäßige Hitze sich 64 einen Schnupfen zugezogen, mit welchem er 3 Jahre lang ohne Hülfe geplagt wurde. Ein berühmter Arzt rieth ihm, sich in einem Eisbade zu baden; er that es und wurde von seinem Uebel vollkommen befreit.“

HAHN pag. 111.

„Wie nun das ganze Haupt vom frischen Waschen nicht wenig Nutzen empfindet, so 65 geschieht es auch besondern Theilen desselben.“

„Die von schleimiger Feuchtigkeit trübten Augen werden frühe gewaschen, erst davon beißend, aber, wenn man damit fortfährt, bis das Beißen nachläßt ²⁶⁾ alsdann rein und helle; die schwachen Augen werden gestärkt, und die Entzündung derselben glücklich gehoben.“

HAHN pag. 111.

„Die Blödigkeit der Augen wird auch oft dadurch kurirt, wenn man kaltes 66 Wasser öfters in die Nase hinaufzieht und wieder durch sie herausspritzt; wodurch es eine blödaugige Dame so weit brachte, daß sie ihre Brille wegwerfen konnte, indem sie wieder ein gutes Gesicht bekommen hatte.“

HAHN pag. 112.

„Nicht weniger dient auch das kalte Auswaschen und Durchspritzen der Nase bei großer 67 Verstopfung derselben oder heftigem Schnupfen, da das Stockende und Vertrocknete erweicht und aufgelöst, das Beißende gemildert und fortgeschafft, und die entzündeten Häute gereinigt, abgekühlt und geheilt worden.“

HAHN pag. 112.

„Eben so gut thut auch das frische Wasser und Einspritzen den Ohren Derer, die 68 von Schläffheit des Trommelfells übel hören, weil dadurch dieses schlaffgewordene Häutchen wieder fest angespannt und also zum Hören geschickter gemacht wird.

26) und es läßt nach und muß nachlassen.

„Eine Dame hatte sich besagtes Trommelfell unversehens mit einer Stecknadel durchstochen, daß man beim Husten und Niesen den Wind durch das Loch blasen hörte, sie selbst aber ein beständiges Rauschen und Brausen vor den Ohren wahrnahm. Sie goß nun beständig frisches Wasser in das Ohr, wodurch sich das Rauschen merklich minderte und das Gehör beinahe völlig wieder hergestellt wurde.“

„Eine Jungfrau war so taub gewesen, daß sie auch in der Nähe die Glocken nicht hören konnte; aber da sie nur wenige Zeit kalt gebadet, war sie im Stande, den Seiger eine halbe englische Meile weit zu vernehmen.“

„Auch ist mir eine Frau bekannt, welche sich bei heftigem Ohrenzwange gar ein Eiszapfchen in das Ohr steckte und darin zerfließen ließ, wovon ihr gar bald besser wurde.“

HAHN pag. 112 — 14.

- 69 „Augenkranke werden am schlimmsten kurirt, wenn die Aerzte flüchtige Augenwasser aus Kampfer-Salmiak- und Fenchelgeist und andern scharfen Sachen verordnen. Diese Mittel können die Hornhaut verletzen und zerfressen. — Eine Entzündung wird durch Einspritzen und Berühren mit kaltem Wasser bald vollendet, wie ich an mir selbst erfahren habe. — Als ich vor etlichen Jahren in der größten Sonnenhitze durch sandige Oerter ritt, zeigte sich auf dem Grunde meines Auges ein breiter Flecken. Es war eine Entzündung; daher das beste Mittel, welches durch baldiges Zurücktreiben die Gefäße zusammenzieht, das kalte Wasser ist. ARCHIGENES, ein berühmter Medicus zu des Kaisers Augusti Zeiten, hat auch dergleichen gerühmt. — Ich habe das kalte Wasser gebraucht, so mir auch wohl angeschlagen. — Es kann am Besten geschehen durch das Waschen und Benetzen mit kaltem Wasser, Morgens und Abends. Daher die alten Medici nichts recommandiren, als das Einspritzen desselben in die Augen. D. BAYNARD in seinem Buche von den kalten Bädern erzählt, wie der anfangende Staar bloß durch den Gebrauch des kalten Wassers wäre gehoben worden.“

BOERHAAVE Abhandl. von Augenkrankheiten, von Clauder, 4te Aufl. Nürnberg. 1771. 8. S. 107 — 10.

- 70 „In Augenkrankheiten ist das kalte Wasser eines der besten Mittel; man muß solches oft überschlagen.“

TISSOT Krankheiten vornehmer und reicher Personen, S. 386.

„Zu den ersten und allgemeinsten Augenmitteln gehört auch das kalte Wasser.“

MARCARD S. 399.

„Das wiederholte Waschen der Augen und der Stirngegend mit reinem, kaltem 71 zum jedesmaligen Gebrauch immer erneuertem Flußwasser ist hinreichend, in den beiden ersten (auch wohl in allen, Oe.) Stadien des Uebels die Entzündung in ihrer Geburt zu ersticken. — Alle warme und erweichende Mittel muß ich durchaus als schädlich erklären, weil sie das Auge erschaffen, die Blutanhäufung vermehren, das Uebel chronischer machen. — Die Augen und die Stirngegend müssen ununterbrochen mit reinem Flußwasser oder gar mit in Eis gekühltem Wasser fomentirt werden. — Wird die Anwendung der Kälte, (der nassen Kälte, des kalten Wassers, Oe.) dem Kranken lästig und schmerzhaft (Das ist eben die wohlthätige, heilsame Revolution, welche das kalte Wasser zu machen beginnt, Nr. 42. 43. 65. Oe.); so muß man doch diese kalten Fomentationen nicht sogleich mit warmen vertauschen. — Man wende die Kälte (d. h. das kalte Wasser) neuerdings wieder an. — Die (diese) Kälte allein ist nach meiner Erfahrung das einzige Mittel.“

RUST Aeg. Augenentzündung

S. 211 — 226.

„Das in der Nähe von Klagenfurt 1823. herrschende Augenübel entwickelt sich mit 72 sandartigem Gefühl unter den Augenlidern, macht Geschwulst, verschließt die Augenlider und bringt einen Schleimausfluß hervor. Da wurde nun den Aerzten und Seelsorgern aufgetragen, die Landleute aufmerksam (darauf aufm.) zu machen, daß das Auswaschen der Augen mit frischem Wasser als ein vorzügliches Vorbauungsmittel gegen diese Krankheit sich bewähre.“ (deutlicher und bestimmter für Landleute: daß das fleißige und beharrliche Auswaschen der Augen mit reinem und frischem Wasser nicht nur vor diesem Uebel bewahre, sondern es auch sicher vertreibe, Oe.)

PREUSS. STAATSZEITUNG 1823.

Nro. 125.

RICHTER III. 509. IV. 125. VI. 319.

XI. 607.

h) III. Febris ardens, hizziges Fieber.

73

CELS. III. 7. pag. 134 — 35.

„Si ardens Febris extorret, nulla medicamenti danda potio est, sed in ipsis accessionibus Aqua refrigerandus est (aeger).“

Etiam amplo conclavi tenendus est, quo multum et purum aërem trahere possit, neque multis vestimentis strangulandus, sed admodum levibus tantum velandus est.

Possunt etiam super stomachum imponi folia vitis, in Aqua Frigida tineta.

Quum vero in summo incremento morbus est, Frigida Aqua copiose praestanda est, ut bibat etiam ultra satietatem, et, quum jam venter et praecordia ultra modum repleta satisque refrigerata sunt, vomere debet.

Quidam ne vomitum quidem exigunt; sed ipsa Aqua Frigida, tantum ad satietatem pro medicamento utuntur. Fereque post longam sitim et vigiliam, post multam satietatem, post infractum calorem plenus somnus venit, per quem ingens sudor effunditur; idque praesentissimum auxilium est."

COMMENTARIUS.

- 74 Ingeniosissimus saeculi Celsiani medicus, CASSIUS nomine, Febricitanti cuidam et magna siti affecto, quum post ebrietatem eum premi coepisse cognosceret, Aquam Frigidam ingessit; qua ille epota, quum vino vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit.

CELS. Praef. I. pag. 18.

α) DE FEBRE LENTA, *Schleichfieber*.

Apud Veteres fuit PETRON quidam, qui, ubi Febricitantem hominem acceperat, multis eum vestimentis operiebat, ut simul calorem ingentem sitimque excitaret. Deinde ubi paulum remitti coeperat Febris, Aquam Frigidam potui dabat, ac, si moverat sudorem, explicuisse se aegrum judicabat: si non moverat, plus etiam Aquae Frigidae ingerebat, et tum vomere eum cogebat. (Vomere eum post Aquam Frigidam potuisse, minus credo, quum Aqua Frigida magis vomendi libidinem extinguere soleat, Oe.)

CELS. III. 9. pag. 137.

β) DE FEBRE BILIOSA, *Gallenfieber*.

- 75 In Febre biliosa, quae hominem quotidie corripit, quantum quis bibere valet, Aquam Frigidam sumere oportet.

HIPPOCR. de Morb. II. 36.

In Febris ardore Aqua Frigida exstinguit Febrim et naturam robustam reddit, ut deinde per alvum et sudorem expellat, quae noxia sunt.

GALEN. Method. Med. IX. 5.

γ) DE FEBRE PUTRIDA, *Faulfieber*.

Si Febris magnitudo obstiterit (sc. vino aquato et temperato lavacro), neque vino utendum est, neque lavacro; sed Aqua Frigida commode bibitur, nisi quid et hanc prohibeat.

Ergo si quidem et vires robustae omnes fuerint, et Febris ardentissima et concoctionis signa plane evidentia; Frigidam cum fiducia exhibebis.

Praeterea si bona corporis habitudine sit aeger, etiamsi in Frigidam natationem hunc demittas, haudquaquam laedetur.

PAUL. AEG. II. 18. pag. 34.

Duae jam curationes mirabiles, quae per Aquam Frigidam adversus Febrem ardentem prosperrime successerunt, ex antiqui et novi temporis memoria uberius h. l. repetendae mihi videntur.

a) Una est Caesaris Augusti.

77

Caesar AUGUSTUS anno fere aetatis quadragesimo vehementi Hepatitide laborans, quum a CAMELIO Medico nonnisi calidis remediis ad desperationem paene redactus esset, ab ANTONIO MUSA duntaxat Frigidis, quae erant ψυχρολυσια και ψυχροποσια και ψυχροφαγια, feliciter sanitati restitutus est, indeque per 36 annos superstes fuit.

Graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est AUGUSTUS, 78 praecipue Cantabria domita, quum etiam Destillationibus jecinore vitiato ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida omenta non proderant, Frigidis curari coactus, auctore ANTONIO MUSA.

SUET. Aug. 81.

ANTONIO MUSAE Medico, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat (Augustus), statuam aere collato juxta signum AESCULAPII statuerunt (S. P. Q. R.).

SUET. Aug. 59.

AUGUSTUM lactucae refrigeratricis esu, quum prioris Medici, Camelii, religio eam negasset, conservatum et contraria medicina gravi periculo exemptum, scribit —

PLIN. H. N. XIX. 38. XXV. 38. et XXIX. 5.

Frigidis praecipue balneis Frigidisque etiam potionibus, Ψυχρολυσιας τε και ψυχροποσιας medicatum esse Augusto ANTONIUM MUSAM, refert —

DIO CASS. LIII. 30. cujus verba sunt:

Ὁ μὲν Ἀγρὸς ἡρώησεν αὐτοῖς, ὥς μὴδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας σchein. Πάντα γὰρ, ὡς καὶ τελευτήσων, διεθείτο, καὶ τὰς γε Ἀρχαὶ καὶ τὰς πρῶτας τῶν Βασιλευμένων καὶ τῶν ἱππέων ἀφροίσας, τῷ Ἀγριππᾷ τὸν δακτυλίον ἐνεχείρησε.

Καὶ αὐτὸν, μὴδὲν τῶν παννύχτων ἀναγκαιῶν ποιεῖν δυνάμενον, Ἀντωνίου τις Μῆσας καὶ ψυχρολυσιας καὶ ψυχροποσιας ἀνέσωσε: καὶ διὰ ταῦτα καὶ χρήματα παρὰ τῷ Ἀγρῷ καὶ παρὰ τῇ Βασιλῇ πολλὰ,

E

και τοις χρυσειοις δακτυλίοις χρησθαι,
τηντε ατελειαν και εαυτω και τοις ομοτεχνοις ελαβεν.

Conf. Fabric. Bibl. Gr. XIII. 66—69.

- 79 Sed falso idem affirmat, MUSAM istam Augusti curationem soli fortunae debuisse, et M. Marcellum juvenem, Octaviae, sororis Augusti, filium, eadem ratione a MUSA tractatum obiisse, *ὅτι τον αυτον υπ αυτη τη Μυσα τροπον θεραπειουμενος απεθανε*. Namque Marcellus non in balneis frigidis, sed in calidis, in Thermis Bajanis, mortuus est :

a) quod diserte commemorat PROPERTIUS Poëta his verbis (de Marcelli morte):

At nunc, invisae magno cum crimine Bajae!
Quis Deus in vestra constitit hostis Aqua?
Hic pressus Stygias vultum demersit in undas,
Errat et in vestro spiritus ille lacu.
Quid genus aut virtus aut optima profuit illi
Mater, et amplexo Caesaris esse focos?
Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia gesta manus?
Occidit, et misero steterat vicesimus annus.
Tot bona tam parvo clausit in orbe dies!

PROPERT. Eleg. III. 16. 7. sqq. ²⁷⁾

b) quod occulte innuit LIVIA, Augusti uxor, quando aliquot annis post secundissimam illam Augusti curationem, Conjugi suo, de Cinnana conjuratione sollicito, dixit: „Admittis muliebres consilium? Fac, quod Medici solent, qui, ubi usitata remedia non procedunt, tentant contraria.“

SEN. de Clem. I. 9. Conf. supra Nr. 38 sqq.

c) quod Scholiastes Virgilii comprobatur his verbis: „MARCELLUS periit in Balano, quam Aedilitatem gereret. Hujus mortem vehementer civitas doluit.“

SERV. ad Virg. Aen. VI. 862.

- 80 d) Nec denique mirum est, Dionem Cassium tam falso hac de re judicasse, quum ipsi Veterum Medicorum principes Aquam Frigidam in Hepatitide noxiam falso judicassent.

HIPPOCR. (de intern. Affect. II. 30.) Hepatico cuique praecipit: *λεεσθω θερμω και ψυχρος φυλασσεσθω*.

CELS. IV. 8. pag. 214. Hepaticos monet: „Abstinentum utique est ab omnibus Frigidis; neque enim res ulla magis jecur laedit.“

At hoc opinionis Aquariae commentum delevit jam dies, naturae judicium confirmavit ²⁸⁾.

27) In allegatione Bianconiana insunt nonnulla Sphalmata typographica (inviso, vasto, XVIII.)

28) Stultorum quidem plena sunt omnia, Cicero ait; dies vero stultis quoque mederi solet. Cic. Fam. VII. 28. IX. 22. coll. N. D. II. 2. Unde fiet, ut tandem per sapientiam mori illis liceat. Plin. H. N. VII. 51.

ANTONIUS MUSA aegritudine (morbo) Augusti artem suam illustravit. Nam quum 81 dolore arthritico laboraret, et ad summam maciem perductus esset, curante (auctore) CAMELIO Medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi ejus velleribus muniret (!!!): — hic (ANT. MUSA) postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus Frigidis, sed etiam gargarismis Cerninae Aquae, quae est Atellae in domo Caesaris, et potionibus usus est, ita ut intra breve tempus eum curaret. Ob quam causam ab Augusto usque ad sestertium quadringenties.²⁹⁾ ex Senatusconsulto accepit.

VET. SCHOL. ad Hor. Epp. I. 15.

Omisit h. l. (in Ed. Horat. 1822 pag. 528.) Cel. Bothius Aquariam illam curationem 82 Angli cujusdam arthritici (a Baxtero narratam), quam certe Bothius suae ipsius debilitatis memor, neutiquam omittit, sed sibimet ipsi adhibere debuerat. At summi Philologi sunt vulgo imi Hydrologi!

Caesar AUGUSTUS quum jam conclamatus videretur, saluti ab ANTONIO MUSA est restitutus *ψυχροποσιας και ψυχρολησιας*: quo nomine pecunia est ampliter donatus, et annulo aureo, quoniam erat libertus. Concessum idem juris non praesentibus modo, sed et futuris, qui Medicos se profiterentur.

COEL. RHODIG. Antiqq. Lectt. VI. 12.

„Ein Freigelassener des Kaisers Augustus, Antonius Musa, machte sich durch die 83 glückliche Kur seines Herrn bekannt. Der Kaiser hatte lange Zeit an einer schweren Krankheit, wovon die Geschichtschreiber keine deutliche Nachricht geben³⁰⁾, gelitten, und andere Aerzte hatten ihn mit hitzigen Mitteln nur noch mehr gequält. Musa entschloß sich, kalte Bäder anzuwenden und kaltes Wasser trinken zu lassen, wodurch er ihn glücklich wieder herstellte. Sowo! August als der Römische Senat beschenkte ihn nicht allein sehr ansehnlich, sondern er wurde auch in den Ritterstand erhoben, und ihm zu Ehren eine eherner Bildsäule im Tempel Aesculaps errichtet.“

„Dio setzt zu jener Erzählung noch den Umstand hinzu, daß Musa durch den glücklichen Erfolg dieser Kur so kühn gemacht worden, auch beim Marcellus — kalte Bäder anzuwenden, dieser sei aber nach dem Versuche³¹⁾ gestorben. Ohne die Richtigkeit dieser Angabe weiter zu untersuchen, bemerke ich nur, daß Bianconi einen wichtigen Zweifel dagegen erregt, indem er zeigt, daß Marcellus in den (warmen) Bädern zu Bajae gestorben sei.“

SPRENGEL Gesch. der Arzneik. II. 33 — 34.

29) i. e. quadringenties mille sestertios, 400,000 Sesterzier oder Groschen, vel 20,000 florenos.

30) Ex Suetonii quidem sententia erat Hepatitis, *Leberentzündung*, Nr. 78. — Secundum alios erat Febris ardens et Inflammatio intestinorum. Fabricii Bibl. Gr. XIII. 66.

31) richtig! nach dem Versuche, aber nicht an dem Versuche.

- 84 Caeterum in praecipuis scriptis, quae ANTONIO MUSAE et Aquae Frigidae patrocinantur, haec censenda sunt:

CRELLII Dissert. Antonium Musam, Augusti Medicum, Observationibus illustratum sistens. Lips. 1725. 4.

ROSE Dissert. de Augusto, contraria medicina curato. Hal. 1741. 4.

ACKERMANN Dissert. de Antonio Musa, Augusti Medico, Altd. 1786. 4.

BIANCONI (XII) Sendschreiben über den Celsus, von Krause, Leipz. 1781. 8. besonders S. 36 — 58.

— — Epistola de Celsi aetate, in Celsi Ed. Targ. pag. 44.

b) Altera est Imperatoris Maximiliani I.

- 85 Imperator Maximilianus I. aliquando Febre ardenti correptus exeruciatusque calidis remediis, quum graviter decumberet, insciis Medicis, quorum opera nihil profecerat, famulum ad fontem abire jussit, ut urceum plenum Aqua Frigida adferret. Inde quum bibisset, sensim recreatus convaluit.

„Der hitzigen ertzney Er pflag,
Vnnd nam dieselben alle tag
Wie Im die gmacht vnnnd geben wardt
daruon wurd Er vil krenckher hart
Dann Er dardurch von aller kraft kam
Vnnd sein kranckheit von hytz zunam
Als der Held daruon gar schwach was
Gedacht Er in Im selber das
Ich mag nymmer in der hytz sein
Rufft darauf zu Im seiner Diener ein
Dem beualh Er mit allem fleys
Das Er gar heimlichen vnnnd leys
Im brecht mit wasser einen krug
Der Diener thet dem beuelh genug
bracht dem helden ein wasser kalt
heimlichen in eim krug, so bald
Er daffelbig newer getranckh
Gleich ward Er nit mehr so gantz krannkh
Als Er vorhin was gewesen
Fienng wieder an zu genesen.“

MELCH. PFINZING im Theuerdank,
2te Ausg. Augsb. 1519. Fol. bei der
70sten Figur.

32) Unus Hahnus hoc memorat. Ceteri hac de re silent.

SEB. FRANK *Clavis zum Theuerdank*
Nr. 44.

KOELER *Disq de inclyto libro Theuer-*
dank, Altd. 1714. 1719. 1737. Ed.
noviss. Hummel, ib. 1790. 4.

„Max ward von einem hitzigen Fieber in Franken angefallen: da die Aerzte aber- 86
mals (!) der Arzneykunst verfehlt, indem sie ihm alles kalte Trinken verboten, und mit hitzi-
gen Arzneien ihn noch kränker machten. Demnach liefs er wiederum (!) heimlich durch einen
getreuen Diener ihm einen Krug mit frischem Wasser bringen, welches er mit Lust
tranke, sich darauf besser befande, mit diesem Trinken fortsetzte und also den Leibärzten zur
Verspottung wieder gesund wurde.“

FUGGER *Spiegel der Ehren des Erzhauses*
Oesterreich, Nürnberg. 1668. Fol. S. 1383.

Aqua, Aqua Frigida, inquam, est, quae Augustum et Maximilianum a morte
ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit.

Idem remedium in omnibus valet Februm generibus, quarum nova —

87

Terris incubuit cohors, HOR. Od. I. 3. 31. —

sive est Febris acuta, sive lenta: sive quotidiana appellatur, sive tertiana, sive quartana: sive
catarrhalis vocatur, sive neurica, sive scarlatina: sive flava nominatur, sive pestis, sive Typhus
bellicus: quae omnia nihil plane discriminis faciunt in usu Aquae Frigidae.

In Peste illa Atheniensi (saeculo ante Chr. quinto) in qua vel Medici omnes pe- 88
riore, sola Aqua Frigida, ad quam aegri aestuantes adrepere volebant nec valebant, adjuvare
potuerat.

THUCYD II. 47 — 53.

LUCRET. VI. 1134. sqq.

VIRG. Georg. III. 478. sqq.

OVID. Met. VII. 523. sqq.

SIL. ITAL. XIV. 585. sqq.

MEAD de Peste, Opusc. II. b. p. 9. sqq.

HALLER I. 102.

GRUNER Bibl. II. 525. fl.

THUCYDIDES von der Pest in Athen,
von Assalini und Eyerel, Wien
1810. 8. 33).

33) Ein unbedeutendes Schriftchen von sechs Bogen kl 8, kostet einen Gulden!! Vergl. oben Nr. 17.

HUFELAND über die Kriegspest alter u. neuer Zeit. Berl. 1814. 8. Vergl. ob. 53.
Des LUCRETIIUS Schauergemälde der Kriegspest in Athen, von Meister. Züllichau 1816. 8.

- 89 In Peste illa Cpolitana (saeculo post Chr. sexto), longe vehementiori (in qua mirum est, magistratus non esse emortuos!), sola Aqua Frigida huic malo mederi potuisset, si quis in hanc incidisset cogitationem.

SPRENGEL II. 269. ff.

- 90 In Febre flava vel icterica, quae nuper circa Barcinonem in Hispania grassabatur, duntaxat Frigida balnea, Frigidae lotiones, Frigidae potiones juvare potuissent, si Medici e Francia arcessiti remedium Currianum adhibere voluissent. At hi maluerunt ipsi Calide mori, quam Frigide vivere!!

- 91 Si medicamentum in universa rerum natura datur (invenitur), quod universale appellari meretur (mereatur); certe illud non aliud, nostro quidem iudicio, est, quam Aqua communis. Hujus tam communis tamque necessarius est usus, ut sine eo nec vivum, nec integrum corpus nostrum manere possit: quin et omnis generis morbos arcet, corpus sanum tuetur, illudque ab omni corruptione, quae vitae inimicissima est, defendit. Praeterea usus Aquae omnibus in curando indicationibus satisfacit, adeo ut sine hac nulla passio, sive chronica, sive acuta, felici industria possit profligari.

HOFFMANN Diss. de Aqua, medicina universali, in Opusc. phys. medic. Tom II. pag. 383.

- 92 Quod Plinius de Radice quadam decocta praedicat: „Arthriticis, cynicis, convulsis, eversis, hydropicis, ischiadicis, phthisicis, podagricis, spasticis, suspiriosis, stomachicis, tremulis, tympaniticis salutaris est“ — id verius etiam justiusque de Aqua Frigida praedicari potest.

PLIN. H. N. XX. 21. XXV. 24. etc.

Quid multa? Frigidam Aquam, vel affusionibus, vel epithematibus, vel lotionibus, vel potionibus, adversus totam Febrium cohortem remedium esse praesentissimum, innumeris experimentis hucusque comprobatum dedere —

HANCOCCIUS in Febrifugo etc.

CURRIE in Libro: *Wirkungen* etc.

JACKSON über die Fieber in Jamaica, von Sprengel, Leipzig 1796. 8.

EISELEN Diss. de Balneorum, usu ad curandas Febres, Alt. 1792. 8.

PALLONI med. Beobachtungen über die in Livorno herrschende Fieberkrankheit, von Römer u. Zwingli, Zurich 1805. besonders S. 60. ff.

FROELICH Preisschrift S. 14. ff.

REUSS — — S. 56. 91.

PITSCHAFT — — S. 143. ff.

HIRSCH 64 glückliche Wasserkuren in heissen Krankheiten, in HORNS Neuem Archiv VII. 1 — 45.

Plura scripta de Febre cum exemplis curationum Aquariorum allegat —

PLOUCQUET Tom. III. sub v. Febris.

His adde —

RICHTER Chir. Bibl. XI. 75. XII. 359.

HEBENSTREIT pag. 412 — 16. ex Hipp. Gal. et Aetio.

93

gg) IV. Hydrophobia, Aquae metus, *Wasserscheu.*

94

CELS. V. 27. pag. 207 — 308.

„Hydrophobia ³⁴⁾ miserrimum genus morbi est, in quo simul aeger (aeger simul) et siti et Aquae metu cruciatur: quo oppressis in angusto spes est.“

Sed unicum tamen remedium est, necopinantem in piscinam, non ante ei provisam projicere, et, si natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere; si habet, interdum deprimere, ut invitus quoque Aqua satietur. Sic enim simul et sitis et Aquae metus tollitur.“

COMMENTARIUS

Quidam Medici, ut *ARTORIUS* commemorat, Hydrophoborum alios in vasculum ⁹⁵ plenum Aqua Frigida immiserunt, alios in puteum imposuerunt, saccis immissos vel inclusos, ut necessitate bibere cogerentur.

CAEL. AUREL. Ac. III. 16. pag. 232.

WEDEL Diss. de Hydrophobia, Jen. 1695. 4 pag. 39.

Hydrophobus obnubilatis oculis in piscinam demittendus, vel (aut) Aquae Frigidae injectu humectandus tamdiu est, donec Aquam vix amplius paveat: tum statim plurimum Aquae bibere cogatur, et (ut?) de die sic vexato vesperi concilietur somnus: victus sit tenuissimus, humectans semper.

BOERH. Aph. 1140.

³⁴⁾ quam *Cael. Aurel. Ac. III. 11.* bene Latine reddit *Aquifugam.*

- 96 „In extremo hoc morbo extrema remedia esse tentanda, dictat Ratio, atque a subito illo horrore et concussione totius corporis, quae percipitur ab immersione in Aquam Frigidam, speratur merito magna mutatio (in melius, non in pejus!) atque ideo haec praefertur.

Paella viginti annorum, jam Hydrophoba quum esset, immergebatur Aquae satis Frigidae, in qua copiosus sal marinus solutus erat: repetebatur frequenter haec immersio, et ipsa tota quasi stupefacta relinquebatur. Denique Aquam sine horrore videre poterat, et levabatur vomitu etc.

Alius erat Hydrophobus, cui ad arborem alligato ducentae urnae Aquae Frigidae projiciebantur in corpus, tali cum effectum, quod (tam prospero cum successu, ut) Aquae metus cessaret.

Requiritur autem immersio, vel larga perfusio Aquae; nam (a) modica Aquae perfusione irritatur morbus, non domatur.

SWIETEN III. §. 1144.

PLATNER Einl. in die Chirurgie II. §. 529—31.

- 97 HELMONTIUS (Medicus Belgicus † 1644.) vidit transeuntem navem et in illa senem nudum, funibus vinctum, habentem pondus pedibus affixum: jam enim erat Hydrophobus.

Tum nautae senem illum in mare praecipitem dederunt et sub Aquis retinuerunt tanto tempore, quo (tamdiu, donec) Psalmus Miserere ³⁵) recitari posset: postea adhuc binis vicibus (iterum, iterumque) submerserunt, sed non tamdiu (minus diu).

Dumque mortuum senem suspicabatur HELMONTIUS, solutis vinculis coepit Aquam marinam, quam hauserat, evomere et revixit, postea rabie liber.

Testabantur autem nautae, omnes Hydrophobos sic sanari posse.“

SWIETEN III. §. 1139.

- 98 Haec, paucis ut dicam, est altera suffocatio et refocillatio.

Non quidem dubito, audacem hanc methodum (curandi rationem) niti auctoritate Medicorum Graecorum, ex quorum divitibus loculis sumta digestaque complexus est Latinus Auctor (Celsus) optimo, quod unquam compositum est, Medicinae Systemate.

Utut sit (Utcunque est), celebris (—ber) HELMONTIUS observans methodi hujus felices in Flandria successus commendavit vehementissime.

Vidit senem Hydrophobicum curari submersione in Aquam salsam.

Primum quatuor (?) momentis infra Aquam continebatur, deinde extractus aliis duabus vicibus immergebatur, singula per minutum (aliis binis vicibus immerg. singulas per minutas).

Extractum vere pro mortuo Helmontius habuit; calide autem habitus et super do-
lium repositus haustam Aquam evomuit, neque solum vitam, sed et integritatem recuperavit.

35) Est Psalm L. (ex Verf. Vulg.), ita incipiens: Miserere mei, Deus!

At Medicis suorum (sua) ipsorum causa permittere potius, quam imperare experimenta 99
haec, consultum forte (fortasse) est; etsi quotidianae sunt curationes multo, quam haec est, pe-
riculosiores.

Qui tale tentamen facturum est, aequa lance ponderare debet periculum (?) experimenti
et morbi: quod si majus a morbo est, justum et misertum (miserentem) aegri Medicum cum
quadam temeritate medicamenta arripere oportet.

Certe humanius hoc factum est, quam illud, quod audio in vicina aliqua (quadam) re-
gione, interdum etiam in nostra, in usu esse, quo stragulis miseros oppressos suffocant.

MEAD. II. pag. 123 — 32.

„Zuweilen hat es etwas geholfen, wenn man die Wasserscheuen ins Wasser geworfen 100
(warum denn gerade geworfen?) und so lange darinnen (darin) gehalten, bis sie keine Furcht
mehr dafür (davor) gehabt.“

HEISTER Kleine Chir. pag. 68.

„Das meiste Vertrauen setzt man, von langer Zeit her, darauf, daß man einen solchen
gebissenen Menschen in die See (in einen See oder Teich) werfe, und daselbst eine Zeitlang mit
Gewalt unter dem Wasser halte. Es muß dies mit einer Gewalt und von Seiten des
Pazienten mit Furcht geschehen, wodurch die Idee der Wasserfurcht kurirt werden soll.
Dies wird einigemal wiederholt und der Patient allezeit, nach diesem kalten Bad, in das Bette
gebracht und die Transpiration befördert.

Wenn aber der Patient schon wirklich mit der Krankheit befallen worden, ist die Kur
allezeit zweifelhaft. Weil man doch dabei etwas wagen kann, haben Einige einen solchen Pa-
zienten an einen Pfahl gebunden und mit einer großen Menge Wasser begossen, worauf die hef-
tigsten Konvulsionen entstanden. Auf diese Weise sind die Patienten in Ohnmacht gefallen, hiedurch
aber kurirt worden, daß sie, als sie wieder zu sich selber kamen, das Wasser vertragen konnten.“

PLATNER Einl. in die Chirurgie, II. 529 — 31.

„Kann man durch die gewöhnlichen ³⁶⁾ Mittel seinen Zweck nicht erlangen, so ist noch
übrig, den Patienten unvermuthet in einen Teich oder Graben (Wassergraben) zu stoßen,
damit er aus Furcht des Ersaufens die rasende Ideam verliere.

WOYT Gazophylacium oder Schatzkammer etc. von Hebenstreit,
16te Aufl. m. K. Leipz. 1767. 4. sub v. Hydrophobia S. 1065.

Curatio autem in demorso prophylactica requirit:

- a) ut locus affectus statim profunde scarificetur, aut ferro candenti inuratur: 101
- b) ut homo affectus quotidie aliquoties per totum corpus Aqua Frigida la-
vetur a capite ad calcem, vel etiam natet:

36) Billig gebraucht man die einmal vorhandenen Heilmittel. Helfen aber diese nicht mehr; so
sollte man doch noch das einzige Naturmittel, das kalte Wasser gebrauchen!

c) ut idem os faucesque colluat, locum affectum Aqua Frigida bene perfri-
cet et ipse Aquam Frigidam frequenter bibat.

Quae tria per aliquot menses continuanda (—ata) sufficiant.

BOERH. Aph. §. 1143.

- 102 „Merito in cura prophylactica commendatur humectatio totius corporis, per balnea
et natationes. Si enim corpus hoc modo redderetur quasi semihydropicum, obtineret conditio
fluidorum et solidorum, opposita illi, quae in Hydrophobia observatur.

Inter Prophylaxeos remedia praecipue etiam immersionum usus communis est, praeci-
pue in locum maritimum; immo maris accolae adeo confidunt huic remedio, ut illo solo fer-
me contenti vix expetant aliud.

TULPIUS, Medicus Amstelodamensium († 1674), testatur: Neque vidi hactenus (huc-
usque) quemquam, licet viderim plurimos, cui tempestive in mare projecto quidquam sinistri
postea eveniret. Sed salutari hoc remedio, vel flocci facto, vel tarde ac timide adhibito,
dedere multi incomparabiles (?) supinae suae incuriae poenas.

„Nautae apud Batavos in locis maritimis, assueti huic curationi, nullis minis vel preci-
bus se flecti patiuntur, sed traditum illis (sibi) hominem submergunt et quidem saepius, us-
que ad suffocationis periculum.“

SWIETEN III. §. 1143.

- 103 Idem Prophylaxeos remedium simpliciori etiam modo valet in canibus ipsis demor-
sis; qua de re HINZE, Medicus Waldenburgensis in Silesia, memorabile hoc exemplum narrat:

„Einem alten ehrlichen Pächter ohnweit Waldenburg wurde am 9ten Januar 1820 sein
Kettenhund von einem tollen Hunde an mehrern Stellen des Körpers blutig gebissen. Es wurde
mir noch am nämlichen Tage angezeigt, und ich begab mich hin, um das Nöthige anzuord-
nen. Ich liefs den gebissenen Hund in einen entfernten Stall bringen und fragte den Pächter,
ob und welche innere Mittel er bei dem Hunde gebraucht hätte? „Keine,“ sagte er, „wohl aber
habe ich meinen Hund gleich nach der Verletzung dreimal nach einander in den nahgelegenen
Teich so tief untergetaucht, daß er zuletzt wie todt herausgezogen wurde. Denn vor zehen Jah-
ren wurde mir auch ein Hund so gebissen, und ich behandelte ihn eben so; der Hund ist ge-
sund geblieben, und erst im vorigen Jahre krepirt.“

„Heute am 4ten Februar habe ich den am 9ten Januar gebissenen Hund gesehen, unter-
sucht und vollkommen gesund gefunden.“

HUFELAND Journ. 1721. Febr. S. 81—83.

- 104 Sed in eo, quod HINZE V. C. praemonet de Euripide, Aqua marina curato, nihil
de Hydrophobia ejus et de Rabie Canina in Aegypto commemoratum invenio apud Diog.

37) Vide supra Nro. 43—45.

Laërt. III. 6. pag. 163. ed. Meibom. Caeterum verum est, quod Euripides in Iphig. Taur. 1193. ait:

Θαλασσα κλυζει παντα τ'ανθρωπων κακα.

Die See schwemmt alles Böse von den Menschen weg.

BAYLE Wörterbuch deutsch übers. II. 463 — 464.

SWIETEN III. §. 1143.

Plura de Hydrophobia ejusque curatione Aquaria vide apud —

105

PLOUCQUET Tom. IV. sub v. Hydrophobia.

HALLER B. M. III. 601.

RICHTER Chir. Bibl. X. 373. XI. 323. XIV. 297 ff.

FLOYER 198. 290.

HEBENSTREIT pag. 486 — 88.

Nibili ergo est, quod PLINIUS atque OVIDIUS de insanabili Hydrophobia commorant: ille H. N. XXV. 2. Insanabilis rabidi canis morsus pavorem Aquae potusque omnis adferunt odium: hic Pont. I. 3. 25. 106

Tollere nodosam nescit medicina podagram,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Quidni? Medicina quidem, qualis esse solet, rarissime auxiliatur; at Aquae Frigidae usus et Podagrae et Aquifugae, solus celerrime tutissimeque medetur.

Τα εν αρθροισιν οιδηματα, και αλγηματα, και ποδαγρικα, και σπασματα το ψυχρον πολλον καταχεομενον ρηζει τε και ισχναινει, και οδυνην λυει.

HIPPOCR. Aph. V. 25.

PECHLINI Obs. phys. med. Hamb. 1691. pag. 280.

Quae denique CELSUS eodem libro VII. de Vulnerum (et Ambustionum) curatione disserit et commendat, nihil sunt ad ea, quae multo melius disserunt et commendant — 107

SCHMUCKER I. 144 — 160. Epithemata Aq. Frig.

THEDEN I. 133 — 135. Epithemata Aq. Fr.

ZELLER praktische Bemerkungen über den vorzüglichen Nutzen des Bad-schwammes und kalten Wassers bei chirurgischen Operationen, Verwundungen und Verblutungen, Wien 1797. 8. „Das kalte Wasser läßt keine Entzündung, kein Wund- und Entzündungsfieber aufkommen, wenn es sogleich applicirt wird!“

DZONDI in libello, qui instar omnium est — Verbrennungen S. 44 — 53. Immersio in Aquam Fr.

ACTA NOVA Reg. Soc. MED. Hafn. Vol. II. 1821. 8.

- 108 ita ut neque Judaei Emplastro; fracto capiti accommodato, V. 10. 11. pag. 263. neque Judaei Compositione adversus putrem carnem, V. 22. 4. pag. 273. opus esse videatur!!

RICHTER VII. 517. X. 262. XIV. 523. XV. 95.

DAUTER pag. 59.

BERNSTEIN Chirurg. Krankengesch. Erf. 1792. 8. Nr. 5.

KLETT Diss. de Epithematum Frigidorum vi et usu, Erl. 1794. 8.

- 109 „Der höchste Standpunkt, welchen die Heilkunde nehmen kann, ist und bleibt ewig die Erfahrung. Nach so unzähligen fruchtlosen Versuchen, durch ausschweifende und übersinnliche Theorien die Wahrheit zu finden, läßt sich am Zuverlässigsten keine bessere, sichrere Methode, Kranke zu heilen, als die vernünftige empirische oder Erfahrungsmethode, beibehalten. Nach ihr dürfte es wohl keinem Zweifel unterliegen, daß das kalte Wasser bestimmte und schnelle Hülfe leistet.“

FROELICH 249—50. Vergl. oben Nr. 35.

- 110 Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum: deinde in hanc pervenit multiplicem varietatem, postquam inventae sunt mille ciborum conditurae, quibus aviditas excitaretur. Innumerabiles esse morbos, non miraberis: coquos numera! Dii boni! quantum hominum unus venter exercet!

Inde pallor et nervorum vino madentium tremor: inde incerti labantium pedes: inde in totam cutem humor admissus: inde suffusio luridae bilis, et decolor vultus. Quid capitis vertigines dicam? Quid oculorum auriumque tormenta, et cerebri aestuantis verminationes? Quid innumerabilia commemorem febrium genera? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae?

Conf. SEN. Ep. 95.

Adversus quae omnia nihil opus foret tam magna Medicorum suppellectile, nec tot ferra-mentis atque pyxidibus: si molliculi isti bibones et edones et ganeones et gulones et heluones et lurcones a se impetrare possent, ut defraudando genium suum modice tantummodo luxuriarent quasi et immodice simul Aquam Frigidam biberent eademque dolorosa membra lavarent.

Aqua, Aqua Frigida, inquam, et morbos expellit et praecavet. Haec est Aqua vere Fortis, vere Regia. At ubi tot ac tanta rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis?

Soli Aquae Gloria!

Theses philologico - medicae.

1. Cur CELSUS non meminit celebratissimae curationis, ab ANTONIO MUSA per Aquam Frigidam Caesari Augusto adhibitae?

2. Cur CELSUS IV. 8. pag. 214. de Hepaticis ait: Abstinendum utique est ab omnibus Frigidis etc. quum ANTONIUS MUSA Hepatitidem Aqua Frigida curaverit?

3. QUINTILIANUS X. 1. 123 — 24. commemorat Ciceronem, Brutum, deinceps CELSUM, Plancum, Catium, Senecam, ac simili ordine XII. 11. 21 — 24. Homerum, Hippiam, Gorgiam, Platonem, Aristotelem, Catonem, Varronem, Ciceronem, CELSUM: quid inde pro definienda Celsi aetate?

SCHILLING Quaestiones de Celsi vita Lips. 1824. 8.
Hall. L. Z. 1824. Nr. 96.

4. Quintilianus ibidem CELSUM appellat mediocri virum ingenio, et tamen, quod de Re Militari, Rustica et Medica scripserit, dignum, vel ipso proposito, iudicat, ut (quem) scisse omnia illa credamus: nonne haec sunt inter se contraria?

5. An post tot commemoratas hactenus perfusiones capitis ac totius corporis dici possit, Aquam Frigidam excitare strumas? CELS. I. 9. pag. 40.

6. Qui fit, ut CELSUS, qui I. 5. pag. 36. Lippitudine laborantibus Aquam Frigidam commendat, non item VI. 6. pag. 347. orta Lippitudine Aquam Frigidam diserte commendat, sed alia remedia tradat, et ad summum lavari saepe pag. 365. (at quali fluido?) jubeat? Idem de Tonsillis I. 5. pag. 36. coll. VI. 10. pag. 383. sqq. Unde hoc?

7. Qui fit, ut CELSUS, qui Aquae Frigidae in parte operis sui medica Lib. I. — VI. honorifice meminit, non ejusdem in parte chirurgica Lib. VII — VIII. amplius meminerit?

8. Annon CELSUS VI. 18. pag. 392 sqq. et VII. 30. pag. 493. sqq. se Syphilidem vel Luem venereum cognitam habuisse, innuat?

9. Ubi denique locorum CELSUS ipse testari videtur, se fuisse Medicum, quem vocant, practicum?

Vide Versionem CELSI Germ. pluribus in locis.

10. Annon Aphorismorum Hippocraticorum verba initialia ad Hydriatricen transferri ita mereantur:

ὁ μὲν βίος βραχύς,
ἡ δὲ τέχνη σφαλερά,
ἡ δὲ φύσις ἀσφαλής,
ἡ δὲ καὶ ὁ αἰὼς βοήθητικός,

ἢ δε πειρα κινδυνος,

ἢ δε κρισις βεβαια?

Conf. Theophr. Paracels. apud HALLER II. 6.

11. An HIPPOCRATES Pesti Atheniensi interfuerit? necne?

HALLER I. pag. 30.

12. Annon HIPPOCRATES in Aphor. V. 17 — 25. sibimet ipse contradicat?

HALLER I. pag. 40.

13. Annon HIPPOCRATIS Aphorismi et CELSI Libri de Medicina ex Floyeri, Hoffmanni, Hahnii, Bergii, Tissoti, Dauteri, Ferronis, Marcardi, Currii, Reufsii, Froelichii, Richteri, Hornii, Hufelandii, Dzondii, Thedenii aliorumque Commentariis corrigi et augeri mereantur?

HALLER I. pag. 40.

14. Quod nomen et ingenium erat Archiatro Caroli Magni?

HALLER I. 424.

15. Quatenus de nonnullis Medicis illud Catonis dici possit: Mirari se, quod non rideret Haruspex, Haruspicem quum vidisset?

CIC. de Divin. II. 24.

PLIN. H.N. XXIX. 7. Nulla lex — impunitas summa est. Vide supra Nr. 18.

16. Plurimi hominum sunt Hydrophobi et nati et educati.

17. Confunduntur vulgo Anodinus et Anodynus, Chylus et Chymus, Distocia et Dystocia, Hypopion et Hypopyon, Hidrotica et Hydropica, Hysteria et Historia, Lipothymia et Lypothymia, Lenimentum, Linimentum, Linamentum, Lineamentum: quomodo haec differunt inter se?

KRAUS Med. Lex.

18. Quid judicandum sit de forma vocabulorum Anorgicus, Arsenicum, Calomel, Conjunctivitis, Corneitis, Epizootia, Gynaecologia, Laudanum, Opodeldoc, Orthopaedia, Sarcoma, Syphilis, Tictologia, Taxidermia?

BIRKHOLZ Praef. VII. sqq.

FRIEDLAENDER pag. 59.

HUFELAND Journal 1822. Nov.

CASTELLI pag. 126. 544. 703.

FRACASTOR de Morbo Gall. Lib. III. v. 288 sqq.

19. Vulgo perperam scribuntur: Absynthium, Anthelmintica, Athmosphaera, Carpologia, Catarrhacta, Catharrus, Chyrurgus, Dissenteria, Electuarium, Empyricus, Hydrotica, Hypocrates, Ichtyocolla, Naphta, Ophtalmia, Oxi-

mel, Paracentesis, Phagadenica, Pharmacopoea, Phtysis, Rachitis, Stiptica, Stoechyometria, Syrupus, Visicatoria etc

BIRKHOLZ Praef. VIII.

KRAUS in Lex. sub vv. Carpologia et Catarrhacta errare videtur.

CELLARII Orthogr. Lat. ed. Harles. Altenb. 1768. 8.

20. Vulgo perperam pronunciantur: Amaurosis, Balsamina, Centaurea, Chlorosis, Conium, Cyperus, Datura, Diachylon, Erica, Hydrops, G. Hydropis, Hypericum, Hyssopus, Ladanum, Lumbricus, Mastoides vel Mastoideus, Metempsychosis, Papaver, Pharmacopola, Phrenesis, Pituita, Priapus, Prognosis, Pylorus, Pyrites, Resina, Retina, Saluber, Sinapi, Suffoco, Suppuro, Trachea, Umbilicus, Ureter, Urethra, Urtica, Vagina, Vesica etc.

SMETH Prosodia, Frf 1691. 8.

BECKMANN Lex. Botan. Goett. 1801. 8.

NOLTENII Lex. Antibarb. ed. Wichmann, H. T. Berl. et Strals. 1780. 8.

POETICA major, Giessae 1671. 8.

21. An Aqua Frigida puri movendo sit? necne?

22. An Natura ipsa vere et morborum et medicaminum mater dicenda sit?

FRIEDLAENDER p. 122.

23. Annon Hydriatrice in morbis etiam veterinariis adhiberi mereatur, quum bellinae aequae, ac hominis, natura, e carne et sanguine constet, ideoque illa paene eadem, quae hominis, sit?

K. BAIERISCHE Verordnung über den Milzbrand des Viehes, Ansb. Intell. Bl. 1822. Nr. 30. empfiehlt kaltes W.

HOFACKER über die gewöhnlichen Krankheiten des Pferdes, Rindviehes etc. Tüb. 1823. 8. spricht von akuten und chronischen Krankh. des Viehes. Ergo — — ὁ ἔχων ὡτα ἀνεῖν ἀνεῖτω. Marc. IV. 9.

24. Annon denique, si Hydriatrices quoque praecepta in nostris Literarum Universitatibus traderentur, id foret τοῖς Ἰσδοῖσι σκανδαλὸν καὶ τοῖς Ἑλλήσι μωρία? I. Cor. I. 23.

Soli Aquae gloria!

Teutsche Nachrede.

Ich hatte diese meine Dissert. philol. med. in dreifacher Abschrift — Erstens an die Kön. Akademie der WW. in München, nebst der Bitte, dieselbe (im Würdigkeitsfalle) auf Kön. Kosten drucken zu lassen — Zweitens an die Kön. Universität in Berlin, nebst der Bitte, dieselbe in Hufelands Journal abdrucken zu lassen — Drittens an die Kön. Universität in Halle, zur Begutachtung eingeschickt, und zugleich (zweimal) an den Herrn St. R. Dr. v. Hufeland, wie an den Herrn Prof. Dr. Dzondi zutraulich geschrieben.

Von München erhielt ich unter dem 3. Mai 1825. den gefälligen Bescheid: „dass die Akademie der Wissenschaften meinen Fleiß und die ihr durch Vorlage dieser Arbeit bewiesene Aufmerksamkeit allerdings anerkenne, dass ihr aber ihre Verhältnisse nicht gestatten, die Druckkosten auf ihren Etat zu übernehmen.“

Von Berlin erhielt ich unter dem 7ten Juni 1825. den Bescheid: „dass sich die Fakultät nicht darauf einlassen könne, ihr zugesandte Manuscripte oder auch gedruckte Werke zu prüfen, und ihnen ein Zeugniß zu ertheilen, weil sie dieß von ihrer eigentlichen Bestimmung zu weit entfernen möchte; dass ich mich also mit dem günstigen Urtheil Einzelner werde begnügen müssen.“

Von Halle erhielt ich bis zum heutigen Tage — nichts! Darüber erlaube ich mir nun (nicht meinetwegen, sondern um der guten Sache willen) Folgendes zu bemerken:

Erstens sehe ich nicht ein, worin die eigentliche Bestimmung einer Med. Fakultät bestehen soll, wenn sie nicht zugleich auch darin besteht: ein tausendfach erprobtes, allkräftiges, untrügliches Naturmittel nochmal unbefangen zu prüfen, und als Solches zum Besten der leidenden Menschheit anzuerkennen und zu empfehlen.

Zweitens kann ich es mir nicht erklären, warum ich nicht von jenen beiden einzelnen Herren, v. Hufeland und Dzondi, ein Zeugniß hierüber erhalten konnte. Es sind doch Beide so entschiedene Wasserfreunde und erklärte Wasserlobredner, indem der Eine bei Verbrennungen einzig das K. W. angepriesen, der Andere in Hinsicht auf hitzige Fieber drei Wasserpreisschriften zusammen herausgegeben und der ersten derselben den Preis von 50 Dukaten zuerkannt hat, „um diese Methode, wie er (S. IV.) sagte, demnächst in die tägliche Praxis einzuführen.“ — War nun die erste Preisschrift 50 blanke Dukaten werth; sollte dann nicht auch meine Wasserschrift wenigstens eines papierenen Zeugnisses werth gewesen seyn?

Ich bin nun freilich kein gelernter Arzt; aber desto besser! Denn so kann ich aus meiner vielfachen eigenen Erfahrung von der Heilkraft des K. W. unbefangener und freimüthiger sprechen. Auch kann ja ein jeder Laie mit seinen 5 Sinnen schon selbst die Heilkraft des K. W. genugsam kennen lernen. Und die Thatfachen haben wir nun einmal unleugbar und unwiderlegbar vor uns; wenn uns anders nicht Gewohnheit, Furchtsamkeit, Vorurtheil und Theorieensucht (wie Frölich S. 6. sagt) verblendet! Und so ergethet denn an die Herren Aerzte, im Namen der leidenden Menschheit, meine angelegentlichste Bitte: auch diese meine Wasserschrift, (in welcher die hier und da etwas starke Sprache einzig die Stärke meiner Ueberzeugung ausdrücken soll!), ohne Vorurtheil und Widerwillen zu prüfen, sich, entfernt von Nebensachen, dabei bloß an die Hauptsache zu halten und doch ja dieses allkräftige Naturmittel, sobald alle Kunstmittel versagen, zur Rettung von Tausenden sogleich noch in Anwendung zu bringen, und demnach, wie Hufeland sagt, „diese Methode in die tägliche Praxis einzuführen.“

Dem Wasser allein die Ehre!

Corrige pag. 7. lin. 16. Halae. — 10. l. 12. et 13. Pitschaft, Frölich. — 11. l. 22. promittitur
20. 22. incaluit. — 21. l. 1. (sanguinem) — 24. l. 4. Aqua. — 27. l. 2. et 4. supervacuas,
per medium. — 32. l. 4. ad sat. data. — 34. l. 25. Bajano. —
